# Conuiuiorū Francisci Philelphi
Libri duo eruditi: ac Varii nunq̄ an
tehac in Gallia impressi atq; ali-
ubi quoq; inuentu rarissimi
nup auspitiis Hedmon
di Fabri Biblio po
le parrhysiensis
nitidis atq; e-
maculatis
Typis ex
cusi.




¶ Venūdātur ab codē. H. Fabri i vico Ja
cobeo sub signo Lunae crescentis iuxta ae-
dem diuo benedicto sacram.

Nicolaus Beraldus Ornatissimo viro Ludouico Deberquino. S.

Philelphi Conuiuia/opus eruditū ac variū/nuper Lutetię nostris auspicijs impressa:idcirco tibi nūcupamus Ludouice suauissime:quod ea legens relego simul ac memoria repeto dulcissimū illum conuictum nostrum:dulces epulas:ac cōfabulationes:neq͏ꝫ illiteratas / neque amusas:quibus literati laboris tristitiam olim qum Aurelię optimis studijs simul incūbertmus sępe discussimus ac fefellimus. Tecum enim(quod Persius ait) longos memini cōsumere soles:& tecum primas epulis decerpere noctes. vnum opus & requiem pariter disponimus ambo. Sępe verecūda laxamus seria mensa. Neque enim sine musice vllum vnquā fere nostrum fuit conuiuium. Musicen porro & Platonicam illā: & quę iam prope sola musices nomen retinuit: vocalem Liricāq͏ꝫ Harmoniā intelligo:quę adeo in conuiuijs improbata non est vt Themistocles quoque ipse quod cōuiualis Lirę indoctum se confessus esset:Habitus sit(vt Cicero ait)Indoctior. Enimuero nō iccirco munus hoc ad te mittimus:vt pignus sit ac monumentum amicitię nostrę:vt quę literis primū:ac honestissimis studijs sita & aucta:eas tam alte radices egerit: vt iam nullis inuidorū:ac vituperonū flatibus:cōuelli aut labefactari queat sed vt anteactę nobis vitę imaginē velut quandam tibi repręsentaremus atque obijceremus. Accipe ergo libellū nostrum: et viciffim quoque tuarum lucubrationum pticipes nos facito. Vale. Lutecię Nonis Martijs.

¶ Epistola Leonardi Iustiniani ad Franciscũ Philelphũ.

Misisti nuper ad me optatũ: diu symposiũ tuũ: q̃d nõ inepte fortassis de quarũdam ortu & incremento disciplinarũ inscripseris: vt ex ipso titulo velut ex architriclino statim intelligat lector id quod maxime in libris nouis queri solet: quas in eo conuiuio dapes sit habiturus. Fecisti autẽ in ea re pro tua in me summa beniuolẽtia plura: quãobrem tibi gratias habeam. Primũ quod me ante alios voluisti hac perfrui honesta voluptate: deinde quod libellũ priusq̃ ederetur: arbitratu meo (quanq̃ mini me oportebat) emẽdandum permisisti: postremo quod in eius initio velut in frontispicio operis/meũ nomen honorifice collocasti, vt me quoad tibi id facere licuit, celebrẽ redderes & illustrem. Libellus aũt ipse cũ a me legeretur: dignus profecto videbatur tua eruditione: atq; doctrina. Neq; in eo habeo quid primũ laudem: aut postremũ: sic omnia cũ elegantiarum plena sint: inter se suaui quadã concinnitate: & lepore conueniũt. Nã et illa sermonũ necessitudine & salibus ac facetijs & orationis nitore atq; munditia: & varietate rerũ sententiarũq;: & imitatione denique illa summorũ philosophorũ qui græce symposia conscripserũt: nihil ferme poterat esse suauius pulcbriusue. Fecisti vero id q̃d primũ scriptoribus nõ insulse faciẽdũ arbitror vt nõ trita scilicet aut vulgaria: sed nouũ aliquid & nõ iactatum passim in mediũ ꝓferãt. Nã etsi vetustissima sunt: quę in eo cõuiuio differũtur: & ob idip̃m maiore digna veneratione: noua tamẽ putãda sunt: quia erãt illa quidẽ longinqua: & hominũ obliuione prope extincta. Gratias igit̃ tibi habeat grecia cuius aliquot pręclara inuẽta vetustate sepulta in lucem tuo labore & studio sunt educta. Et latiũ quoq; hoc locupletatũ mũeræ tuas laudes augebit. Cęterũ vt quã ex hoc tuo cõuiuio cępi: famẽ explea: alterũ q̃d ad me missuꝝ te polliceris & duos præterea de exilio libros vehemẽter desidero. Interim mi Philelphe, si tuæ consules laudi: nõ dies modo noctesque sed & singula quęcũq; poteris: tẽporis puncta ad scribendum conferes: ne frustra & ingenij prestantiã & cultũ: doctrinã & scribendi facilitatẽ consecutus esse videare. Vale. & Barnardũ meũ qui te plurimũ colit: ama. Ex Venetijs quinto Kalẽ. Ianuarij. M.ccccxliij.

¶Finis tabulę.

# Francisci Philelfi. Thomam Thebaldū Mediolanense Conuiuium primum.

¶Collocutores. Rembaldus. Landrianus. Aenicus. Thebaldus. Metellus. Pilicio. Ferufinus. Alphonsus.

CVm grauioribus in artibus: atq3 disciplinis/grecorū ingenium singularē q3 diligentiam soleo sepe mecum admirari Thoma Thebalde. tum nō minus in his rebus quę vulgo leuiores existimantur. Nam grauiora quę sunt/ingeniū velut excitāt: diligentiamq3 accendūt. Sed leuia queq3 vt contēnuntur: ita homines suapte natura acerrimos ac strēnuos: & hebetes quodammodo: & tanq̄ dormitantis reddūt. At mihi diu multūq3 cogitāti non solū is laudādus admirandusq3 videt/ qui magnis in rebus se magnū pręclarūq3 ostēdit: sed hic multo magis qui pua quę dicūtur: & maxima & splēdidissima efficit. Atq3 magno ac prestanti viro nihil neq3 paruū nec humile esse potest. Tum em̄ recte mihi quisq3 videat facere: si omnia pro sua dignitate fecerit. Nā neq3 aliunde sibi pariat: quā in sese habet dignitatē sapiēs: nec quę agat digna eē nō possunt. Enimuero nōnulla existimant magna dignaq3 magnis viris: quę mea sentētia & parua sunt & leuia. Quis em̄ (vt reliqua omittā) nō gaudet magnifico mensarū apparatu/ victusq3 elegātia. ¶Nemo fere omniū est: qui nō se. L. Lucullū quā. M. Curiū malit. Et Scopam thessalū diuitē ac sordidū illū non longissime anponat cūctis. Simonidis poete & modulis & numeris. At Socrates Sophronici filius eos omnis qui nihil habent hois preter membra: nō pluris faciat quam Simias Magisq3 delectet vt Pythogore Samij: aut Diogenis illius Sinopei: quā vel Achelai vel Persaꝝ regis cōuiuio. Homo em̄ exterior & pauco eē debet & vili cibo cōtentus. At interior & multā et variam & delicatā:

eandēq robustam ac valentē escam exposcit. Non eñ vir ille mihi. sed iners potius et languida quedā pecus videri solet: qui se ipsum (qđ Appollinis precepto iubebat) hoc est animū suū non norit. At talis quidē vir vbi fuerit: & idem semp futur⁹ ēst. & magnus qdē & admirabilis. Nec pluris faciat pauonē aut murenā quam vel Xenophontiū illud Nasturtiū. Persarū obsoniū vł Curij rapa: haud eñ quid os admittat curabit: sed qd emittat. Malitq quod animū leniat: quā qđ auris mulceat: et audire quā loq. Constantiā enim atq trāquillitatē mentis & rōnis. non voluptatem titillantēq leticiam sequit vir sapiens & ingenuus. Quod cū apud alios claros & grauis homines iampridē obseruatū vel vidi vel audiui. tum maxime hoc pximo couiuio quo ad sextum decimū Kalł. quintiles. et te & reliquos familiares vir illustris atq phumanus Iohannesantonius Rembaldus honorifi cētissime pulcherrimeq excipit: vbi cū adesset vterq Dauslus Aenicus atq Alphōsus: et cum ijs antoni⁹ Metellus: tum Dñicus Ferufinus: qui Philippū Pilicionē eūdem & medicū & philosophū secum adduxissent: supuenit Frācisčus Landrianus vir eque facilitate morū: suauissimisq salibus nobilis ac maiorū laude et gloria qui omnē splendidissimi couiuij munificentiā veluti cōdiret atq exhilararet. Fuit eñ eiusmodi id couiuiū vt nō solū Scopam sed & Lucullū aliquē simul & Pythagorā/aut Diogenē repūtaret: nec a Simonide quopiā abhorreret. Nam in pulcherrimo mēsarū apparatu & copia: sermo etiā nitidus: grauis. vari⁹: vrbanusq fuit: & ita rebus omnibus ornatus ac dulcis: vt nihil mihi similius visum sit aut Xenophōtis aut Platonis Symposij Non enim te latet: qđ nostri conuiuiū vocant: Athenienses non Phiditiū aut a Parsimōia aut ab amicitia: vt lacedemonios: sed symposiū quasi cōpotium appellare solitos. Etenim vetustissimus grecis fuit mos (quem nostris videmus eo rarius obseruatū: quo minus semp apud latinos fuit doctissimorū hominū numerus) vt couiuia quedā literis manderent: vbi non de esculentis & poculētis: sed de rebus ijsce sermo habitus esset: que grauitatē haberēt: sua quadā suauitate cōditam. Nam vt nimius iocus scurrarū est/ ita etiā nullus duriorū hominū atq agrestium duci solet. Qui vero serijs in reb⁹ quasi apto quodā oportunoq

cōdimento salibusvtit: iure is laudat: habeturq; facetus & per urbanus. Quibus quidē in rebus greci maxime excelluerūt. Nā e nostris ppaucos inuenias: qui hoc gñe sūt delectati. Idq; nulla alia causa factū puto: quā (quod modo dicebā) paucitate erudito rū hoim. Et qm̄ hmōi conuiuij mos & apud grecos nunc nullus est: & apud latinos quātuluscūq; tandem receptus fuerat: iāpridem tanq̄ interijt: volui eū vel in nullo ocio meo quasi ab iferis primus reuocare in lucē. Nec id ab me arrogāter factū quisquā existimet: velim. Non eñ me fugit quot hac tēpestate sunt apud nostros q hmōi puinciā multo fortasse quā ego melius & cōmodius aggredi atq; pficere potuissent. Nā qs est qui nesciat Leonardū Arretinū felici quadā et fecūdissima ingenij vi atq; bonitate eloquētiaq; pollere? Franciscū autē Barbarū & Leonardū Iustinianū viros patricios & greca & latina facūdia p magnos esse ac ppe singulares: ignorat nemo. Quid Guarinū veronensem. qd Iohanē aurispā meminerim? Nōne vterq; pdoctus est: & disert⁹ in primis? Nā victorinū feltrēsem ita oi doctrinę & humanitatis genere insignē arbitror: vt oia possit: q velit. Eodem mō Cinciū Romanū hoiem grauissimū neque latinis neq; grecorū eru ditissimis cedere fatenē oēs. Sunt etiā alij plures: qui suis operib⁹ cōtenti: grecas delicias cōtemnāt. In tanta vero doctissimorū hominū multitudine pmultos esse qui hmōi qd ipse mun⁹ arripui: occupare tuerique potuissent: & scio & fateor. Verum qm̄ alij aliud iter igredi maluerūt: in hoc ipse curriculo vt in alijs alias cōsueui: versari volui hoc tpe: vbi quātū valuerim: tu qui nō minus apud oēs ingenij pstantia & iudicandi grauitate vales. q & auctoritate & gratia apud Philippū Mariā Anglū & regū omniū & principū decus: ac lumē: facile iudicabis. Sed iam cōuiuiū oīe sua serie atque ordine in mediū pdeat.

IOhannesantoni⁹ Rembaldus. vbi oēs quos expectarat cōuiuas / apud se cōuenisse vidit: equidē ait habeo vobis gratias oibus: qd venistis: denique inuitati. Sed Frācisco meo Landriano longe magis: q ne inuitatus qdē expectari se noluit. Reliquū est: vt cenem⁹ Recte qdē mones Lādrianus subdidit. Tuāque istā sniam non mō laudo: sed ēt vehemēter pbo. Miratus aūt sum: qd mei quā pulcherrimi huius

Alphõsi magis:qui huic tã familiari conuiuio interessem : oblitus fueris:Quod cum nostra familiaritate indignum esse censerem:anteuerti vel minus inuitatus ¶ Fecisti sane respõdit ille & amice & recte. Verũ te min⁹ inuitatũ:nihil est q̃d moleste feras. Acceperã em̃ te astris studere/ob eãq̧ rẽ plerosq̧ accersitos:quotquot esses astronomię peritissimos arbitrat⁹:eos in cõclaue nescio q̃d tã q̃ in gurgustiũ detrusisse. & ita ex his mirabilia discere:q̃ ,pfecto nõ inuitus audiã.Nã de Alphonso q̃d cauillaris:modestissim⁹ ei⁹ rubor pudorq̧ singularis & illũ satis & me defendit. Indignũ p̃terea videbat si cũ Aenicũ hunc omĩb⁹ virtutibus ornatũ:essem cõuiuã habitur⁹:eundẽ ab Alphõso fratre quasi p̱ actionẽ Hercifcundę familię diuiderẽ.Praesertim cũ eas habitet ędes:q̃s sol⁹ paries ab me segregat. Verũ tu q̃d ex astris didicisti/ Nũq̃d gemellosne ex vxore tua ferrariẽsi suscepturus sis an gemellas/ ¶ Intercenandum si voles ita quesieris Nũc quãobrem huc cõuenimus aggrediamur. Quę vbi Lãdrianus dixisset:continuo silentiũ est cõsecutum. Sed posteaq̃ laute discubuissent:ita nõ multo post inter cenandãdum Aenicus leniter subridens silentium rupit.Miror equidẽ Landriane:q̃d tibi in mẽtem venerit : q̃d vxorem duxeris:qui antea instituisse dictitabas celibem fore te.Nũ fortasse id consilij astra inercepere.Fortassis inquit Landrianus.Verum quid est quod benefactum non probes/Duxi sane vxorem:& eam certe probã. pulchram.nobilẽ.locupletẽ.& q̃d spero fęcundam:quibus ipsis.quę matrona non caret:ea nihilo caret.Nã quod de astris astrorũq̧ peritis.quod de liberis ac gemellis Rembaldus mecum iocari voluit:iocetur sane qui velit.Res tamen ita habet . Non potest mihi astronomia non magnum quiddã pręclarumq̧ videri.siquidem ea natura est sydenum:vt res humanas:si non regũt omnino:magnum tamen his momentum afferant.Quod si secus esset nunq̃ sapientissimus princeps noster tanta cum diligẽtia in obeundis negotijs diuini illius domicilij motus omnis videlicet naturãq̧ obseruaret.Auctoritate nos frãgis Thomas Thesbaldus inquit.Quis enim improbare vnquã audeat : quod Philippus Maria Anglus ,pbare videatur/Sed dic obsecro.quid tu isti astronomi aut nouum aut magnũ afferunt.Permulta illi qui

dem & perutilia. Aiũt enim nescio quid. Nam excidit mihi in ter loquẽdum. Verum narrato ipse si libet Antoni Metelle. Affirmant enim esse tibi Sybillas domi. Itaqꝫ potes ex ipsis nosse: quæ illi eruditissimi viri de rebus cælestibus diuinitus sunt locuti: nisi forte Sybillę tuę futura magis: q̃ præterita meminerunt: quod coniectura assequor: qđ Lycurgum & Numam: quorum mores ac vitas & Plutarchus Cheronensis grçce inuicem comparauit: & Franciscus Philelphus interpretatus apud nos est: vix quadragesimum: aut ad summum quoniã barbati sunt: quintum & quadragesimum natos annũ in primo ipso portic⁹ ad lęuam aditu depinxisti. Sunt enim vtriusqꝫ imagines & cute permitida & coma admodum fulua ac rutila. Ad hos aũt fales cum rideretur: Metellus non insulę respondit. Quinã miretur. Landriane nugas tibi excidisse: cum plerumqꝫ seria etiam solẽt? Quid seria dixerim? quin tute tibi nõ nũq̃ excidis. Itaque recte feceris: si quę apud me sunt in cenaculi pariete Sybillas consulueris de recuperanda memoria. Nam quod ee tibi oraculum reddiderint: nunquam obliuisceris. De Lycurgo vero & Numa suauissimum tuũ dictum admitto: qm̃ & Lycurgũ iam seniorẽ Plutarchus refert diem obijsse: & Numã octoginta iam annos natum aut etiã amplius non celeri nec repẽtino quodam obitu: sed senio sensim ac leni morbo confectũ ex hac luce migrasse tradidit Piso ¶ Hęc virum illum quem doctũ existimabam: cum & annos vtriusqꝫ regis liniamenta atqꝫ habitũ & formam omnem pictori coram pręsensqꝫ exponeret: ignorasse miror: fieri tamen posset: vt etiam natu grandiores eiusmodi essent & coma & barba. Quod quidem ille familiaris meus apud poetã aliquem aut historicũ fortasse reperit Tũ Landrianus cum tertiũ iocabũdus esset additurus aut etiam somniãs: interpolatorem se præstat Dominicus Ferufinus Aduerterat enim Alphonsum adolescentem ad Aenicũ fratrẽ loquentem Vergilianũ nescio quid isusurrasse. Quare mox dixit audiam⁹ obsecro Alphonsum. Quid tu ais Alphonse? dic rogo? quid sentias. Ille autẽ rubore perfusus est: respondit qꝫ nihil. Quod cũ Philippus Pilicio vidisset: ait: finite: si videtur verecundũ hũc & probum adolescentem, decet enim huiusmodi ętatẽ vt ipsi⁹

Lycurgi instituta:potius audire q̃ loqui. At Aenicus:facile nobis explicet:qđ secũ Alphonsus occultius loquebat̃. Sed Aenicus:vt est omni in re impiger:nihil cunctat⁹:dicebat inquit frater:nebulonem sibi videri eum:qui tali capillo Numã barbaq; fuisse asseruisset. Esse eñi de illo rege apud Vergilium in sexto Aeneidos hosce versus: Quis ꝓcul ille aũt ramis insignis oliuæ. Sacra ferens:nosco crines incanaq; mẽta. Regis Romani: primã qui legibus vrbẽ Fundabit curib⁹ paruis & paupere terra. Missus in imperiũ magnũ. Quę vbi Aenicus locut⁹ est:facito inquit Ferufinus tuos tibi familiaris ille nummos restituat si quos forte mercedis nomine accepit. Nuper in hanc vrbẽ pedibus q venerat albis. Nam nec is solum venalis mihi seruus dicendus videtur:cui⁹ trans mare aduecti pedes notari Creta illa vilissima Romani prisci instituerunt: sed hic multo magis qui stultitię seruus sit. Atq; si familiaris ille tuus esse quã videri doctus Metelle mallet:nũq̃ se rudẽ ineptumq; p̃staret: id qđ certe facit omni in re. Sed tu q̃so cur istiusmodi prouinciã:quã facile ipse obire posses:alteri vnq̃ mandabas:homini p̃sertim circũforaneo ac fatuo? Non patitur Ferufine publicę meę huius edilitatis mun⁹ me priuate cuiusquã rei curã gerere. Itaq; domesticarum rerũ oĩm procuratores habeo:qui sane. vt videtis. curant oĩa negligenter. Verũ facile factu fuerit colorẽ istũ seu fuluum siue rutilum voces:vel cineratium:vel gypseũ reddere:id quod faciundũ postridie curabo. At videre videor Lãdrianum quod exciderat excepisse:quare hunc audiamus mirabilia quędam de astronomia quã nunq̃ didicit:disserentem. Num ita facturus es Landriane? Qui confestim deinde inuertẽs:inquit:de me ne Metelle: an de nobis loqueris? De vtrisq; me hercule:loquere tamen audin tu:si libet:audiem⁹ eñi te nõ inuiti. Tum ita Landrianus exorsus est. Postea q̃ meus ille fugitiuus sermo in mentem redijt:eum vobis omnem cicatricosum ostendam. Prima disputatio illorũ fuit de cęlestium orbiũ numero:quos alij octo esse omnis voluerunt: Alij nouem:idq; secundũ Claudium ptolomeum Alexandrinũ. Quidã vero vndecim:& id quidem ex sacris libris affirmabant. De quib⁹ quidem rebus per multa mihi garrire visi sunt. Deinde multa de

Idea celi contenderunt. Quæ si velim sigillatim cõmemorare nõ mihi cenabo: sed ministris. Tum Pilicio saltem iquit nobis expone quid Ideã esse definierint. Maxime inquit Landrian⁹ modo ipsi quoq; donec philosophor: parcatis obsoniis. Cui cũ esset obtemperatum: Ideam aũt fuerunt q dicerent substantiã esse incorporeã: q̃ ipsa p se non subsisteret: sed informis materias figuraret: earundẽq; apparentiũ causa fieret. Dicebatque & Socratem: & Platonẽ existimasse Ideas esse substantias: ab materia separatas in dei hoc est mentis intellectionibus. atq; imaginationibus subsistentes ¶ Perpulchre quidẽ inquit Pilicio nobis Landriane philosopharis. Quantũ vero q̃ dicis intelligas: ipse nosti. Non em̃ parua res est. Nã Aristoteles quoq; species atque Ideas posuit: sed neq̃ą̃ separatas ab materia. Preterea qui a Zenone fluxerũt: stoici Ideas reliquerunt: quas aliud nihil esse q̃ nostras notiones disputabãt. Verum qui ista que nobis refers Landriane intelligis. ¶ Nõ secus inquit quã vel tu equestrẽ ac militiam: vl̃ ego medicinam & phisicen. Sed quæso attendite: quæ paucis expediam. Sunt enim mirabilia q̃dam de solis tũ substantia: tum magnitudine. tum etiã figura. Empedocles Agrigentin⁹ vt illi inter se differebant: duos posuit soles. quoꝝ alterũ statuit esse archetypũ ignẽ in altero mũdi hemisperio: qui hemisperiũ semp e regione sue ipsius lucis reuerberationi obiectũ cõpleret. Alterũ vero q apparet esse lucis reuerberationẽ. que i altero hemisperio: qd calidi aeris impletur a terra circũfusa per refractionem efficitur ad solem cristallinum: eademq; trahit simul cum motu vis ignee. Et vt cõpendio vtar. solẽ ipsum nihil aliud esse vult: q̃ ignis: quo terra circũdatur: reuerberationẽ. Sed Anaxagoras & Democrit⁹: & Metrodorus solẽ esse voluerũt laminã aut saxum ignitũ. Philolaus vero Pythagoreus vitreũ dixit: qui mundani ignis reuerberationem reciperet: cuius lucem ad nos transmitteret. Itaq; speciem illam celestis ignis solẽ representare existimauit. Tũ demũ ab eo etiã speculum ac tertio lucem quæ a speculo p refractionem ad nos dispergitur. Hãc enim lucem appellam⁹ solem: veluti simulacrum simulacri. Erant etiã qui ad postremũ Epicurum afferrent: q dixisset solem esse terrestrem spissitatẽ

quādam quasi pumicem: que foraminib⁹ ab igni sublata atq; ac censa eēt. Tum Aeuicus qd plus certi isti oēs habeāt inquit quā Anaximāder Milesius non intelligo. Hic enim circulū esse voluit: qui octies vicies maior esset quam terra: haberetq; curuaturam carpenti rote psimilem: & etiam quidē cauā atq; ignis plenam: que pte quadā per hostiolū ignē ostenderet: tanq̄ per tibie foramē. Eam autē rem solem esse. At Xenophanes Colophoni⁹ Ferusin⁹ inquit: solem cōstare arbitratur igniculis qui ex humida euaporatione cogātur: aut esse nubem quādam ignitam. Ne ego quoq; Thebaldus inquit: solus videar ignorare solem: vt & Platonē omittam & stoicos: qui solem vtiq; mentis capacem statuerūt. At ille ex igni plurimo. ij. vero e mari ardorem esse existimarūt: assentior equidē Aristoteli qui solē censuit esse ex quinto corpe. Tū Metellus iam de magnitudine Landriane: si quid certi habes: expone. quando quidē solis substantia Phenice certior nobis est. Faciā inquit Landrianus: et quidē libens: quādo quidē ad solis vsq; currū penetrauim⁹ quasi nou⁹ quidā aut Prometheus aut Phaeton. Claudi⁹ idem Ptolomeus probat solem esse quam terra maiorē cēties sexagies sexies additis octauis tribus. Nam gradui celesti respondere in terra stadia septingēta. gradus vero trecentosesse & sexaginta. Itaq; stadia oia supputari duo & quinquagina ac ducenta milia: vniuersum autē solis orbis circuitū complecti milia passuū ducenta octoginta sex ad bis decies cētena & quadringēta nonaginta duo milia. Sed ipsius corporis solaris ambitum cōtinere passuū milia ducenta quinquaginta ad centū septuaginta tria milia. At idem Anaximāder: cuius modo meminerā: inquit Aenicus: existimat solem ipsum terre magnitudini respōdere. Sed solis circulū vnde manat: & vbi fertur octies. vel vt quidam referunt septies ac vities maiorē esse quā terrā. Atqui anaxagoras inquit Metellus solem putat multo maiorē esse Peloponneso. Ego autem inquit Ferusinus: sentio cū Heraclito: qui solis magnitudinē respōdere vult pedis hūani latitudini. Callidior mihi Thebaldus inquit visus est Epicurus: qui cū omnia de istiusmodi solis magnitudine dicerent: sigillatim vera esse posse dixit: aut solem quantus videreē tantū esse: aut paulo maiorē aut minorē. Verū audiamus de

figura. Figura inquit Landrianus. vt Anaxameni placet. eadem est solis quę pepli. Tum Metellus ego inquit malim credere Heraclito: qui solem putat similē esse succurruæ scaphæ. ¶ Cur inqt Thebaldus nō potius assentiamur stoicis qui solem censent orbicularem vt & mundū & astra. ¶ Sed epicurus inquit Ferufinus: dicit oīa ista vera esse posse. Ego vero & de solis substantia: & magnitudine & figura multo nunc incertior sum q̄ prius. ¶ Tum Rembaldus maxima inquit me voluptate vari⁹ iste sermo idemq̄ eruditus profecto afficit. Delector etiam Alphonsi attentione: quem tamen miror quid tam diu silentium agit: quē saltem discēdi gratia locutum aliquid oportuit. ¶ Recte inquit Aenicus mi frater Rembaldus monet. Loquere tādem aliquid ne tua nimia verecundia te mutum ostendat. At quid ego respōdit ille: ad istam mi frater loquar: quę mihi ab Atticis vsque literis. vt aiunt: vidētur repetita. ¶ Dedisti nobis Alphōse Rembaldus inquit sermonis ansas. Nam quid atticas lr̄as appelles. nescio. Itaque doce quęso: et vnde litere nobis sint: & cur atticas nomines: quę ab Arcadib⁹ manarint ad latinos? Et quoniā res mihi videtur nequaq̄ vulgaris si quando fortasse vel lectitaris: vl' audieris quina omniū primus literas inuenerit: erit etiā ingenui moris tui id referre in mediū. Audio enim te mirabili quadā vti diligentia in rebus sigillatim omnibus perdiscēdis. ¶ Cuperē sane inquit Alphōsus me eum esse Rembalde: quem laudas. Sed vt nosti nihil adhuc mihi per ętatem aut preclarū aut magnum didicisse licuit. Sed quantū ad litteras attinet: nihil alid certi afferre possum quam q̄d ex magistro accepi: quem mihi humanissimus princeps noster doctrinę gratia prefecit. Nam vt is ait ex optimis auctoribus didicisse: latini quidē Nicostratam cognomēto Carmentem habent auctorem: quę cum Euandro filio ex Arcadia in Italiam nauigans: cum vaticinādi perita. oracula petentibus futuros canit euentus: literas gręciā imitata latinis tradidit. Arcades autem atq̄ omnes fere gręci Cadmum proferunt: qui primus apud se literas inuenerit: Cadmum vero alij fuisse contendunt qui & Milęsius et Pandionis filius scribendę historię solutæ oratiōe (id quod plęrique Phericidi syrio ascribūt) auctor fuerit. Alij aūt haud hunc sane Lad-

mum sed illum potius qui Agenoris filius Thębas condiderit Quod eo videtur probabilius: quod is Cadmus Milesius Orpheo aliquanto minor ostenditur. At Orphęi extant adhuc scripta quædam & argonautica & hymni. Et quoniam Cadmus ille quem diximus Agenoris filium ex Phœnicib⁹ in Beotiā delatus eas literas gręcas docuit: propterea Phœnicas appellatas volunt: quo etiam nomine videmus Ciceronem vsum in libris de natura deorum. Lydi autem & Iones ductum id nomē arbitrantur ab phœnice eiusdem Agenoris filio: ab quo primū eas repertas volunt. Sed is Cretenses nequaquam assentiunt: qui eo sic nominatas affirmant quod palmę folijs: quę phænix dicitur: prisci scribere consueuerunt. Scamon vero in secūdo libro de inuentis scribit huiusmodi nomē literas duxisse a phęnica Actęonis filia. Actæoni enim marem neminem: filias autem quatuor fuisse Aglaurum Hersam. Pandrosum. ac Phęnicam: quæ quoniam diem virgo obijsset Actęonē patrē ob illius honorē phęnicas literas nominauisse. Sūt etiam qui velint Linum Chalcideū ex phęnice literas tulisse ad Græcos & eundē eas Herculem docuisse. Sed q̄q̄ de nominis huiusmodi positione dissentit opinio. quoquo eę tamen modo ad gręcos traiecerim: a phęnicibus traiecisse communis doctissimorum hominum auctoritas vno ore consentit. Ac per id arbitrati sunt nonnulli a phęnicibus literas primum inuentas. Id quod Lucanus quoq; videtur sensisse: cum dicit Phęnices primi (famę si credimus) ausi: Mansuram rudibus vocem signare figuris. Sed quātum intelligere possum res est longe antiquior: & ab grauioribus profecta pricipijs. Nam ipsi phęnices a Iudęis literas cepere. Harum apud Iudęos auctor quo tempore ferret diuinas leges Moses fuit. Hic autem Chaldæos ac Syrios in illis inueniēdis secutus est. Ij autem horum omnem originem in Abraam referunt: quo nomine & cōspicuum & excelsum patrem ob eius mentis circa cęlestia contemplationem in libro de gigantibus interpretatur Philo. Abraam enim quibus primum temporibus inter Chaldęos erat in considerandis syderum & cælestium orbiū motib⁹: in rerū causis atq; principijs inquirēdis in tota deniq; natura penitus contemplanda sese patria quadā

lege collegerat atq; exercuerat. Quo tandem studio: qua indu stria factum est: vt nō modo sacras literas inuenerit: eloquium excoluerit ac perpolluerit: somniorū inuolucra & primus omnium docuerit & reliquis patefecerit id quod idem Philo in ipsius ciuilis testatur vita: sed etiam inueteratum irroboratūq; & suum & suorum errorem in colendis habendisq; pro deo gētium simulacris ab ipso vsq; Serucho ad patris Tharrę sęcula: e medio sustulerit. Nā vbi sua illa speculatione profunoioreq; sapientia vnum esse principem comperisset: qui & orbium motionem & meatum astrorū omnem ordine certo moderaretur tum immensam mundi totius machinam ornatumque mirabilem tantamq; naturę vim/ suo nutu regeret atq; gubernaret: se se primū ad veritatis scientiam cognitionēq; cōfirmās. Deinde patrē Tharrā ex quo astronomiā acceperat: monēs quid tenendum quidq; sectandū foret: tabulis ac signis omnibus partim confractis: partim igni traditis quo apparentis dei obtēperaret imperio: Chaldæorum relicto solo in Charā primū: inde p̄re mortuo in agrū Chananeū: postea vero ob vim pestilētiæ in Egyptū decessit. Quibus tandē rebus effectū est: vt qm̄ multarū maximarūq; gentiū pater esset electus. Abraā diceretur. Sed ne sim longior q̄ oportet hæc in presentiarū omittam⁹ quippe quę ad id qd̄ quærebatur nō admodū pertinent. Abraā is igitur de quo loquimur primus omniū mortaliū literas inuenit: nō solū patriarcharū princeps verū etiā in philosophia & in oi vrbaniore eruditione clarissim⁹. Qd̄ aūt Atticę dicerētur id Cęcrops vetustissim⁹ & rex & legū lator effecit: q vł obsoletas illas renouarit: vel minus adhuc fortassis apd̄ Atheniēses cognitas edocuerit. Sic eñ quas leges laturus erat diuti⁹ conseruatū iri cēsebat. ob idq; videtur sensisse posteritas lr̄arum inuētionē Cęcropi dandā. Tenetq; vel hac tēpestate inter græcos vsus (vt audio) cum quid vetustissime factum proferre velint: vt id literis atticis factum dicant. Quare cū Aenicus frater me aliquid ad ea loqui hortaretur quæ ab vetustissimis repetita astronomis iam prope ex hominum memoria exciderāt: de literis Atticis verbum feci. Quæ vbi Alphonsus miro pudore locutus est: inquit Rembaldus: fuit certe sermo tu⁹ Al

phonse & suauis:& grauis:& eruditus in primis, quo quidem ipso cum ipsarum rerum cognitionem: tum tua causa tum nõ mediocriter delectatus. Itaq3 vt & literis & omni humanitati operam tuam omnem industriamq3 accomodes: te etiam atq3 etiam hortor ac rogo. Quod si feceris: eum te video virum fore quem nulla posteritas conticescat. Tum Thebaldus: quanq̃ inquit assentiendum Alphonso arbitror: tamen quid iis respõ debimus: quę viri quidam haud rustici de Palamede memorię prodiderunt. Quænam inquit Metellus: Nũquid literarum inuentionem sunt qui Palamedi dandam existiment? Valde inquit Thebaldus. Nam Palamedes natus Nauplio patre & ma tre Clymena Agamẽnonis sorore & poeta fuit illustris:& philosophus non vulgaris: scripsitq3 poemata nonnulla quę. vt qui dam tradunt: per Agamemnonis posteros perierunt: id quoq3 inuidia: quæ claris viris semper esse infesta solita est. Alii eorum interitum Homero dedunt: quasi Homerus quoq3 talis il le tãtusque vir (quod creditu difficillimum fit) istiusmodi pestiferi morbi contagio non omnino caruerit. Hic inquam Palamedes & sua & philosophiæ solertia calliditateque fretus cum degeret in castris aduersus Ilium diuturniorem obsidionẽ: ne tempus labi per negligentiam atque desidiam pateretur: inuenit plæraq3 quæ partim cõducerẽt reb9 gerẽdis inerti ocio tollendo: partim animi ęgritudinem tollerent. Quare & tabulas repperit & aleas ludendi gratia. Numeros autem ad censendum exercitum. Suffragia vero quibus in iudicando deliberã doq3 vteremur. Ad hæc mensuras & pondera quę tum publice tum priuatim vsui sunt: pterea literas quarũ & voluptas maxima est:& vtilitas pernecessaria. Quod literas aliquas addidenit Palamedes inquit Metellus fieri fortasse potuit: sed qđ omnes inuenerit: id cum alii multi inficientur: tum Cecrops ipse & Moses qui diu ante bellum troianũ tulerunt per eadem tempora scriptas leges: alter hebræis: alter atheniensib9. Recteq3 dem inquit Aenicus Metelle mones. Non enim repperit principio literas Palamedes: sed quatuor addidit. Z. vnum. & tris illas Græcorum Crassas: q̃s vocant. Th. Ph. Ch. quarum locis item nos consonantes cũ aspiratione quibusdam in dictioni=

bus solem⁹scribere.th.ph.ch.Sũt etiã qui.ch.quoq̃ a Palamede additã velint.Interfectus est aũt Palamedes ob pulcherrima illa sua inuenta ab anguilla ægyptiaca. Q d quidẽ dictũ cũ omnes mirarent:inuicẽq̃ requireret: quęnam ea esse tanta anguilla potuisset:quæ Palamedẽ interemerit. An inquit Aenic⁹ minus aliquando audisti s solitos Aegyptios ante inuentas literas:quarum apud eas auctor Mercuri⁹ is fuit cui Vulcanus Nili filius successit in regnũ vti pro literarũ munere animãtiũ figuris:reliq̃sq̃ hmõi corporibus ac signis:id qd̃ & Cherenio docet & Horapollo.Quid postea inqt Ferusin⁹? Nam noui id qd̃ vł ex Lucano cũ ait: Nondũ flumineas memphis cõtexere byblos Nouerat:in saxis tantũ volucresq̃ ferę q̃ Sculptaq̃ seruabant magicas aĩalia linguas.Q m̃ per inuidiã inqt Aenic⁹: periit Palamedes.Inuidia vero ita boni s'omnibus est infesta: vt anguilla piscib⁹:quarũ omniũ societatẽ & cõmunitatẽ fugit Eodem etiã modo si quẽ Poggiũ Bambalionẽ aut Nicolaũ Nicolũ vellemus significare secũdũ Egyptios:duos perdices notemus propter qd̃ senio confectæ istiusmodi aues contumelia se afficiunt.Quod si iniustum atq̃ ingratum hominem notare quis velit:pingat eadẽ ratione aut duas Hyppopotami vngulas deorsum versas aut columbũ. Nam & colũbus quanquã bilis est expers & qui in vniuersa animantium pestilentia solus illius morbi contagio & pernitię vacat:in parentes se tamẽ ingratũ pręstat atq̃ infestũ.quippe qui robustior factus patrem pugnando a matre fugat:cui ipse miscet:& equus ille fluuialis (cui⁹ statua Typhonẽ Hermopolitę rẽpsentabãt.):cũ primũ p ętatẽ licuerit:patrẽ experit vírib⁹:quẽ si qdẽ pugna suparit ac sibi locũ cędere viderit:mři nubit vita pri cõcessa. Q d si vict⁹ pater min⁹ ei permittat cũ mře cõcubitũ: tũ patrẽ fili⁹ robore viribusq̃ fręt⁹ interemit ac matrẽ cõprimit.Itaq̃ non absurde ijdẽ Aegyptij ad inferiorẽ partẽ duas itẽ pingũt eiusdẽ hippopotami vngulas:quo id hoies ĩtuẽtes: & qd̃ de istiusmodi belua dicit cogitãtes:sint in referẽda gratia prõptiores.At talia quidem multa Aegyptij pictura exprimere apte prudenterq̃ consueuerũt ante inuentas literas:seu illi primi inuenerint: q vel Vulcanum ipsum perhibẽt antecessisse Alexandrũ magnũ

annis octo & quadraginta milibus octingentis sexagintatribus siue aliunde eas acceperint. Quę posteaq̃ cum incredibili omnium taciturnitate atq̧ attẽtione locutus est: accedit vnus e Rembaldi pueris: qui iussus vt existimo nutu domini sublatũ apte cyatum tribus digitis: nisus pedibus summis: totumq̧ agens decore corpus tuum in lęuam tum in dextram quasi per semicirculum inclinato capite: illum eidem prębuit: accipe dicens ornatissime Aenice. Iam enim tempus bibendi datur: & vinum cum suaue & firmum est: tum ex ipso dolij medio: & q̃d stomacho vel maxime conducit: ne dilutum quidem. Tum iocabũdus ad Rembaldum conuersus Aenicus: eundem ait Rẽbalde habes & præbendi poculi & vini & medicinæ peritissimum puerum. Exceptumq̧ cyathum ingenue Lãdriano præbuit. Quem exceptum vbi is exhilarata facie summo tenus attigit. Propino inquit pulcherrimo Alphonso. At hic Thebaldus leni cum risu: cur non mihi oportuit. Sed oportune Ferusinus sinamus inquit Landrianum vti sua naturæ suauitate in hunc probum adolescentem: quem quia verecũdum nouit eo suis salibus sępius lacessit: quo eius indolem atq̧ animi robur experiatur. Dixit puer iste cum Aenico poculum præberet. vinum esse e medio dolij. Nũ propterea melius est quia e medio dolij quam aut ab summo aut ab fundo ipso vinum hauriatur? Id quidem inquit Metellus dubitat nemo: sed eiuscę rei causa quærẽda videatur. At ea est Thebaldus inquit vt mihi videatur minime dubia. Nam quemadmodum mel: quoniam & crassum sit & terrestris naturæ melius est ad fundum: & oleum ꝑpterea præstat ad summum dolij: quia & aereum sit & alta petat: ita vinũ quia veluti mediocris cuiusdã naturæ sit ad medium etiam dolij longe firmius suauius: melius est: quã ad eius aut principium aut finem. ¶ Nam quod vino vel dilutissimo ac pauco vtendũ sit: ea ratio docet: q̃d omne vinũ ac maxime nigrũ spiritus est plenum Itaq̧ prohibet Aristoteles & pueris & nutricibus vinum bibendum. Nihil enim interest pueri ne an nutrices vtant̃ vino: quandoquidẽ hę illis nutrimẽto sunt. Sed mihi credite in omnẽ ętatẽ vinũ est periculosum. Nã cũ spiritus ille: quo vinũ affatim abundat: sursum feratur: is retro descendens venas in=

fiat: quas libero transitu impedito ac veluti interclusa via qua respiratio fit: si non continuo mors: plærumque tamen sequitur morb9 comitialis. Et vt prætercam perpetuum membrorū tremorem: sensus excessionem: mutationem formæ: amissionē vocis: coloris variationem: oculorum ignem: oris vel anhelitum vel fetorem aurium murmur: nariū fremitū: periculosam phrenitim: acerbum calculi dolorem: mirabilem podagram: deprauationem articulorum: exitialem cruditatem: frequētem & intolerabilem vomitum quę omnia atque alia prope infinita sūt corporis tormenta atque cruciatus. Nonne vinum: libinem fouet: incendit insaniam: mentemq; loco mouet? Atque illud hoc profecto erat: quod per Hieremiam dominus loquebatur: cum dixit. Bibite & inebriamini & vomite & cadetis & non surgetis. Ex vino etiā vt cum Ambrosio expressius loquar: fiunt homines quasi mutata natura equi adhinnientes: si quidem naturali vapore corporis: & præter naturam vini calore inflammati cohibere se non queunt: & in bestiales libidines excitantur: vt nullum tempus præscriptum habeāt: quod deceat indulgere concubitui. Hinc etiam vanæ imagines: incerti visus: instabiles gressus: vmbras sæpe trāsiliūt sicut foueas. Nutat iis terra. Subito erigi & inclinari videtur: & quasi vertatur: timētes in faciem ruunt: & solum manibus apprehendunt. Aut concurrentibus montibus sibi videtur includi. Quid multis? Cū canes viderint: leones arbitrantur & fugiunt. Alij risu soluuntur incondito: alij inconsolabili mœrore deplorant. Alii irrationabiles cernunt pauores: vigilantes somniant: dormientes litigant: vita iis somnium est. Somnium vero mors: & quicquid morte durius aut dici aut fingi potest. Itaq; vino aut nihilo omnino aut dilutissimo & ad modū pauco vtendū est. Tum Pilicio video te inquit Thebalde nō oratorē & philosophū: sed plane medicū. Et facis tu quidē recte. Nō eñ parua res est medicina neq; noua. Nā si hypocratē ipsum legere volueris: quē hui9 eximię pstātisq; disciplinę & patrē habem9 & pricipē nihil erit reliquū: qd desideres in oñi laudatissimaq; artiū gñe. Quod magnus qdē & illustris vir Hypocrates fuerit inqt Thebald9: facile assentior. Sed inuētio medicinę alti9 repetēda est: vt existi

mo. Et nũ eam putas? Inquit Pilicio: narra queso dum nos cęnamus. Mones tu quidē probe: Thebaldus inquit. Verum quoniã vtrumq̃ prestare possum & dentiũ et linguæ vicissim munus: narrabo inter cęnandũ quod petis. ¶ Disciplinaꝝ omniũ antiquissimã esse medicinã: vel eo argumento probari potest: quod artiũ magicarũ: quę inde fluxere: Zoroastres auctor perhibet. At Zoroastres ipse/qui Agonetem audierat: fertur antecessisse Troianũ bellum annis quinq̃ milibus. Primũ vero qui medicinã inuenerit: veteres ꝓdiderũt Apin phoronei ac Pithonis filium: quē Ochus ferocissimus ac sęuissimus rex persarũ (cui Machære cognomen tum dedit animi immanitas) et obtrũcauit cęnauitq̃ cum amicis. Nunquid fortassis istud inquit Ferufinus: quoniã apidis etiam caro esset medicinalis? Fortassis inquit Thębaldus. Est enim medicinalis præsertim iis qui boue ad arãdum delectantur & asino. vt aiunt Poggiũ. Atqui Apin ipsum regem Egyptiorum fuisse scimus: tantoque in honore & admiratiōe habitum ob pulcherrimũ hoc salutiferũq̃ inuentũ: vt pro deo tandem coleretur vocaretur q̃ Osiris: id quod multi oculi significationē reddit. Os enim Aegyptiorũ lingua multũ significat. Iri autem oculũ: perinde atq̃ vir oculatissimus ac magno ingenio: magna prudentia fuerit: qui tam salutare auxiliũ mortalibus inuenisset: ob idque Apollinem esse eũdem volunt. Hunc Aesculapius est secutus: qui ꝑ magna medicinę attulerit incrementa vtpote qui ea de re: qđ ante ipsum nemo fecerat: scripta reliquerit. Nam vt Hypocrates docet medicorũ omniũ eruditissimus idemq̃ eloquentissimus Nauiculã quam nominant scripsit Esculapius. Aesculapio autē duo fuere filii Podalirius & Machaon: qui bello Troiano secuti Agamennona ducem: attulerunt non mediocrem opem Grecorũ exercitui Deinde longo quodã interuallo qui ex sapiētię professoribus sęcuti sunt huiusce disciplinæ nequaquã ignari. Pythagoras Samius. Empedocles Agrigentinus. Democritus Abderites: cuius discipulus (vt quidam putant) Hyppocrates Chous: qui & patrem Heraclidem. post Elaphi medici Chrysę filii: qui & ipse genus ab Aesculapio duceret: primũ audiuerat: deinde Herodium Selibrianũ et Gorgiam

Leontinum rhethorem ac philosophum & prodicũ vt quibusdam placet & ipsum denique democritũ senex iuuenem: hippocrates inquã Chous medendi scientiã cumulatissime exauxit atq; effecit. Post hunc Diocles Caristius in medicina claruit. deinde & Praxagoras & Chrysippus. Quos postea sunt secuti Herophilus qui venarum pulsum in musices pedes discreuit per ętatis gradus. atque Erasistratus Aristotelis filia genitus: qui obseruatũ Antiochum regem donatus est ab eius filio Ptolomęo talentis centum: seque ab experimẽtis cognominauit Empericũ. Tum Seraphion plurimũ excelluit: quem sęcuti sunt Appollonius et Glaucias: & non multo post Heraclides Tarentinus. Asclepiades vero: & qui hunc sęcutus est Themiston magni & ipsi in medicina illustresque fuerunt. Et vt omittam Antoniũ Cassium Caspitanum Aruntium Stertiniũ Vectium valentã illum: quem Mesallinæ adulteriũ non minus q̃ medicina atque eloquentie nobilitauit: vt Aureliũ Cornelium Celsum virũ non dicendi minus q̃ medendi arti pollẽtem: vt Plinium secundũ nullius disciplinę expertem: vt vtrũque Soranũ Ephęsium aliosq; permultos & Latinos & Græcos & Arabas missos faciam. fuit nouissime. Galenus Pergamenus. Niconis illius geometrę atq; architecti filius: qui reliquos omnis supiores medicos (Hippocratẽ tamen semper excipio) & ingenij magnitudine & doctrina et diligentia longissime superauit. Laudarem etiam te Pilicio: quem facile dicerẽ tempestatis nostrę medicorũ omniũ principẽ: nisi assentationis crimen subuererer? Satis me ab te laudatũ inquit Pilicio Thebalde video: quãdoquidem primũ medicum quod me plurimũ delectat: atque habeo tibi gratias e regem facis & deũ. Sed Apis Thebalde nihil scripsit & Aesculapius qui per multis post sęculis ei successit filius alio patre natus admodũ parũ: & illud idem quod & Chironi fuit & Pęoni: & deorum medico illi splendidissimo & cęteris illorum tempoꝝ medicis cõmune. Nam & ij quidem omnes: & qui postea deinceps sęcuti sunt ad Hippocratẽ vsque quem Peloponæsiaci belli & Darij Hystaspę filij tẽporibus fuisse constat: vulneribus tãtum non morbis & ęgrotatiõibus opem ferebant. Itaque Homerus Po

dalirium illũ atque Machaona non in pestilentia neq; in aliis morborũ generibus auxilij quicquã prestitisse docet. sed vulneribus ipsis dumtaxat ferro & medicamentis mederi solitos. Nam pestilentiã & ceteras istiusmodi aduersę valitudinis erumnas ad deorum immortaliũ iram veteres retulisse: & ab eisdem opem poscere solitos idem Homerus est auctor: Itaq; tandem diuina quadã benignitate: Hyppocrates est exortus: qui medicinã veluti interemptã reuocauit in lucẽ: & eam alio quodam veluti partu genuit: & per omnia membra aluit eduxit ac vestiuit: et omni ornatu insignem reddidit: quem quidẽ virum longiore oratione ꝓsequerer: nisi videret symposij potius quã couiuij habere rationẽ: presertim cum nescio quid de filijs te dicturũ Landriane pollicitus esses: quod vt absoluas tempestiuũ est De filijs inquit Landrianus se gemellos ac gemellas siue plures aut etiã singulos malis. per multa illi quidem & inaudita locuti astronimi sunt cum dicerent ex eiusdẽ Claudij Ptolomęi sententia: qui de futuris filijs certiores fieri vellent: opus ijs esse: vt planetas qui decima quintaq; domo cõtinerẽtur diligenter attenderent: atq; eos item qui e regione horũ locorum aspicerent: esse que a luna & Ioue ac Venere significatiões capiendas de habendis filijs eorumq; multitudine. Pręterea ab sole Marte Saturnoq; significationes capi oportere: vtrũ filij habendi nõ sint & an pauci futuri. Itaq; dicebant cum ijs vna locandũ esse Mercuriũ: quibus cõuenerit figura vtrimq;: qui si qnidẽ orientalis fuerit. filios dabit: sinautem occidẽtalis eos prohibebit. Cumq; hoc pacto planetę habuerint: atque separatim. ea re significat vnum dumtaxat filiũ fore. cum vero fuerint in fœmineis cõmunibꝰ signis: gemelli nascent. Itidem si in multorũ filiorũ signis fuerit: sicuti pisce. Cancro Scorpio. qui nascent vel duo nascentur vel plures. Quod si planetę masculi fuerint: atque ijdem in masculis signis: & eo statu qui masculino sexui cõgruat ad solem: qui nascent. mares nascent. Quod si planetę fœminini sexus fuerint insignisq; fœmineis & in eodem statu qui fœmineo sexui respondeat ad solem: non mares nascentur sed fœminæ. At fuerint Landriane inquit Pilicio qui tuis astronomis haud quaq̃

assentiantur. Nam quibus vnq̃ astris cõcipiant:quæ vl morbo mulieres vel natura steriles sunt/ Has vero steriles fieri medici putant ab matricę aut quia spissior sit/aut quia rarior:aut quia durior/vel a quibusdam cõnexionibus ossium carnositatibus vel a morbo calculorũ/ aut etiam ab nimia Veneris libidine vel quia nutrimentũ desit/ aut habitudo mala sit/ aut qm̃ figura & habitus matricis versus sit/ aut quia matrix sit mota loco atq̧ auulsa. Nõne Aurelius Cornelius Celsus ait fœminarũ naturalia nõnunq̃ inter se glutiãtis oris cõcubitũ nõ admittere/ Idq̧ interdũ euenire in vtero matris/interdũ exulceratione in ijs ptibus facta per malã curationẽ: ijs senescendo iũctis: se exaluo membrana ori vuluę opposita est: Si exulceratione:raro id replet. Quid autẽ si horũ etiam nihil insit:inquit Metellus/ quãdoq̧ eñ accidit vt mulier sepius etiã cũ viro cõgressa nõ cõcipiat. tamen Diocles medicus eiusq̧ rei causam esse argumẽtatur:inquit Pilicio: qm̃ aliquę nullo oĩno vtũtur iactu seminis/aut si quidem vtantur minore tamen vtũtur quã debent/ aut quia eiusmodi vtuntur in quo animalis causa minime sit:vel ꝑpter caloris vel frigoris vel hũiditatis siccitatis inopiam: aut ob mẽbrorũ solutionẽ ac debilitatẽ. At stoici inquit Ferusinus id ꝑpter ea accidere aiunt: quoniã cui mentulę caulis obliquor fuerit(nemo sit velim qui effusius ad id nominis rideat turbeturue. Si quis mentula non delectatur:eã abscindat:aut oculos saltem vellet:ne quod obscœni⁹ dicitur:audiat) cui mentulę inquã tyrsus obliquior fuerit: rectum facere fœcundũ semen nõ potest/ vel etiam cui membra breuiora sint:quam matricis recessus requirat. Fieri Pilicio inquit potest:vt etiam quę stoici dicunt a veritate minime abhorreant. Sed Erasistratus eam omnẽ nõ cõcipiendi causam matrici videtur ascribere. Dum ea est callis obsita:aut carne multa vel si fortasse rarior sit quam natura patitur aut minor. Atqui nonnullos inquit Thebaldus viros quottidie videmus:quibus gignendi potestas non est. vnde id esse putas: quandoquidem nullam vim astris esse concedis: Cõcedo equidem Pilicio subdidit vel maximam: sed nequaquã eam istam quam Landriani huius astrophyari illi nugati sunt. Age age inquit Landria

nus tu qui naturæ Emboliam contrectas:doce nos quod opor=
tune Thebaldus quæsijt. Quare viri non gignunt. Docet istud
quidem inquit Pilicio idē Diocles medicus & eruditus & cla=
rus. Ait enim id accidere: aut q̄a nihil omnino seminis aliqui
emittunt: aut quia minus proijciunt q̄ oportet: aut q̄m semē ip
sum est infęcundum: idq; vel ex membrorum debilitate: ac pol
lutione: vel ex obliquitate caulis mentularis nequeuntis fęcū=
ditatem seminis rectam iacere: aut a mēbrorum ad matricis
recessum inæqualitate. At ego memini Thebaldus inquit: le=
gisse aliquando apud Stoicos aliam istiusmodi rei causam es=
se: quæ certe mihi non displicet. Dicunt enim id vsu venire:
cum & potentiæ/& qualitates ipsorum vtrunque coeuntiū na=
tura inuicem non conueniunt. Quod vel eo argumento patet
quoniam quottidie videmus si cum alijs coeant: in quibus ea=
dem sit naturę vis: facile gignunt. Ad hęc Ferusinus non insul
se omnes inquit philosophemur oportet: quandoquidem Rem
baldum ita cupere video qui vt est rerū omniū pulcherrimarū
inprimis studiosus: ob eam rē vt arbitror voluit nos conuiuas
quo & ipse nostro sermone frueretur: & nos suæ suauitatis hu=
manissimiq; ingenij participes faceret. De viri igitur infęcun
ditate quas in medium causas prolatas audio: probo sigilla=
tim omnes. At ego aliam quoq; arbitror: & eam quidem mini
me falsam: quam coitus puerorum efficit. Quod malum Me=
tellus inquit puerorum coitum nobis memoras? Quinam quis
quam cum pueris coeat. Ipsi norint inquit Ferusinus: Audio
tamen esse quosdam Hermaphroditos: qui & pueri sint & puel
læ: eosque non solum ita gigni naturæ solertia: sed etiam arte
hominum: id quod de Poggio Bambalione: ac de alijs nonnul=
lis accepi. Qui ergo eiusmodi immanitati vehementius se de
derint: eos infœcundos reddi perinde atque vel exhausta vel
vitiata fęcūditatis natura & dictat ratio: & in multis docet ex
perientia. Fabulas narras Metellus subdidit. An minus for=
sitan audisti Poggio huic isti: quem modo nominabas filios es
se non nullos? Audieram equidem respondit Ferusinus: & Lu
ciæ pellici: & Vaggiæ Poggij vxori esse filios plærosque: quos
habet Poggius cum vulgo communis. Ista quæso Rembaldus

inquit: missa facitote. Sūt enim aliena a decoro. Si quid aliud est: quod aut Pilicio velit: aut alius quisquam dicere: eo ve= lim sermonem trāsferat. Duo mihi reliqua sunt inquit Pilicio quæ paucis exponam: alterum: quod dicebatur de gemellis pluribusque filijs: alterum de marium fęminarumque procrea tione. Non enim assentior Landriane tuis astronomis: qui liberorum tum numerum: tum etiam sexum syderibus attri= buunt. Alia enim est ratio naturæ: vt mihi quidem videtur: cur aut vnus / aut plures nascantur filij: & quæ causa sit tū ma sculini/tum fęminini sexus. Aggredere igitur Pilicio: inquit Landrianus. Dicis enim tu quidem multa. Verane an id mi= nus deus aliquis viderit. De ipso igitur sexu primum inquit Pilicio videamus: quem astris ascribere tanquā veneris vran tur cōgressibus fabulosum est: totumque ridiculum. Nam Em pedocles idem qui & philosophus fuit: & medicus: mares & fœminas fieri putat a calore & frigore: quare ait primos qui= dē mares iuxta orientem ac meridiem potius gigni ex terra: fœminas vero iuxta septentriones. At istius doctor Parme= nides/Elęates/ Thebaldus inquit: contra iam antea sensē= rat. Nā iuxta septentriones gigni mares quippe quod ea pars spissior sit. Sed iuxta meridiem fœminas germinare a rarita= te existimauit. Et vt omittā Anaxagorā Clazomęniū: & Leo= phanem cuius Aristoteles meminit. vt Leucippum: vt Demo= critū ipsum: qui arcana naturę maiorem in modum est rimat⁹ Hipponax Ephęsius nō absurde dicere videtur: si feminis fę cunditas id quod est viri plus valuerit q̄ muliebre nutrimentū: marē fieri. Si autem nutrimentū fecunditati illi viribus prę= stiterit: gigni fœminam. Quantū intelligere videor opportu= ne Metell⁹ subijcit: & Astronomi & philosophi in tenebris am bulant: nec certi quicq̄ queūnt internoscere. Verum vobis lo= quētibus vnū est quod me dubiū reddat. Nā & Diocles mulie= ri seminis iactum tribuit: & Hipponax nutrimentū. De nutri mēto aūt nulla me dubietas tenet: sed de iactu seminis. Num mulieres quoq̄ semen emittūt. Si malimus inquit. Pilicio Ari stoteli & Zenoni credere q̄ Pythagorę q̄ Democrito: q̄ Epicu ro non semen mulieres: sed materiā quandā humidā proijciāt

quēa Imodū ab exercitio sudorem. Eā aūt materiam vim semi nis nō habere. At illi mulieres quoq̄ i actu seminis vti volunt habere enim veluti quędā vasa a renibus eaq̄ inuersa: quare ab ipso visu etiā appetere atq̄ delectari. Tum Metellus: ego isti sentētię vel cum Hippone assentior: qui ait fœminas nō mi nus q̄ mares semen ꝓijcere: neq̄ id tñ aiali fœcunditati quicq̄ cōducere qm̄ extra matricē cadat. Itaq̄ p paucas esse q̄ sine vi ris semen sępius emittāt: nisi fortasse viduas. Additq̄ idem os sa a maribus esse. sed carnes a fœminis. Sed perge tu obsecro Pilicio: & quod secūdum erat. absoluito. Restat Pilicio inquit: vt causas ꝑcurramus vnius nascēdi filij aut plurimoꝝ: quas oi̅ no veras affirmare supbū sit: sed quāproxime veritatē assequi existimare nequaq̄ fortassis absurdū. Ille idē qui nobis in ore mō versabat̄. Empedocles gemellos ait pluresq̄ gigni filios secundū maiorē seminis affluentiā eiusdē ꝓ fusionē. Sed Ascle piades id fieri putat a corpoꝝ differētia: quēadmodū & in or deis & in alijs hmōi segetib⁹ videm⁹ usu venire vt ex vno gra nulo & minutissimo & duo et tres & plures culmi ac rami spi ceq̄ emanēt. Semina eñ esse fœcūdissima. ¶ Erasistratus vero medicus ille nō prudētissimus minus q̄ eruditissimus differit hmōi filioꝝ numerū sicut in cęteris aiantib⁹ ex cōceptiōibus euenire. Nā cū matrix defecata est ac mūda ea tū se cōceptiōi accōmodat. Quāquam Ferufin⁹ inqt quas in mediū causas ꝓ ferri video: nō possū illas nō grauissimas iudicare. Stoici tñ cō temnēdi nō sunt: q eum filioꝝ numerū ascribūt plr̄ibus ipsis: q in matrice sūt locis: vt cū in plures locus semē ceciderit: tū plu res ac plures ꝓ locorū nūero filios gigni. Quę vbi Ferufinus dixisset: Frācīscus Lādrianus: vt est in oi re comis atq̄ libera lis surridēs ait. Equidē meos astronomos nugari arbitrabar: qui tñ inter sese haud dissentiūt. At philophi ac medici isti ve stri factiosi oīno seditiosiq̄ sunt & cōtentionis potius q̄ verita tis studiosi. Quare si sapim⁹. ineptas illoꝝ oim opiniōes gar rulitatesq̄ omittamus: atq̄ hanc rem oēm ab eo ꝓficisci certo iudicemus: qui ex nihilo creauit oīa. Non eñ casu nō fortuna regimur: deus est: qui oīa regit/gubernat/moderat̄: cuius ipe tio fit vt vel vnus vl̄ plures aut nascant̄ aut non nascantur filij.

Idemq; & fœminarꝝ & mariũ ortus ius habet oẽ. Sed de cõuiuiſ rationẽ oino ignoraſſe videamur: tempeſtiuũ fortaſſe fuerit: vt tuos iſtos Rẽbalde pueros quos ambos paratos video alterum lyra: alterũ pſalterio: quantũ & ſono & cantu valent: audiamus. Recte mones Rembaldus inquit: & cõuerſus ad pueros: vt ſuo muneri ſatiſfacerent: iuſſit. Itaq; tactis pulſatiſq; ad modulum chordis numeros ad hęc verba alternatim accomodarũt.

Quiſquis aſtrorum decus et tonantis
Splendidos cœtus cupis intueri:
Huc ades lętus dapibus beatis
Sydere dextro.
Nunc pręſtate diem ſuperi: qui lucidus omni.
Nube carens hilarem tueatur in ęthere phœbum.
Quicquid ſollicitos animos facit: exeat ędis.
Sola voluptatis veniant conſortia lęte.
Abſit vrentis maleſana curę.
Vis & vltrices animi inquieti.
Eger & nunq̃ reſidens tumultus:
Mentis iniquę.
Huc Aſtręa veni: tuq; o ſanctiſſima cuſtos.
Fœderis humani fraudem aduerſata nocentem.
Cana fides veri ſeruatrix diua deique.
Et mętus & pietas Anglum ſeruate Philippum.
Hic enim princeps patrieq; ductor.
Et pater tantum ſuperat tyrannos.
Aſtra ſol quantũ ſuperat minora.
Lampadis igne.
Mortales ſuperat cunctos regeſq; duceſq;.
Non ſecus hic princepe mira probitate Marias.
Quam noctem ſolet ipſe dies: quamq; aureus ęra.
Defecatus honos: quam dedecus inclita virtus.
Sis diu nobis pater atque rector.
Angle felici teneas ſuperbos.
Inſubres regno ligures & omnem
Viribus orbem.
Qui decies vixiſſe nouem memorabilis annos.

Fertur:vt eloquio prestas:ita grandior euo
Nestora mellifluum superes & secla Sibylle.
Aeternumq; tuis presens sis numen amicis.

Que vbi illi duo pueri nouo quodã inusitatoq; modulo ac miro numero cecinissent:cuiates ij essent. Quereñti Aenico respõdit Rembaldus vtrumq; ligurem esse. Non est igitur Aenicus inqt mirandũ:si tam sonora tã clara,tam suauis est vox istorũ: quãdo quidẽ sunt ligures. Natura enim habent id boni ligures: quod etiã nomen ipsum declarat. Siquidẽ vera est sententia cõmuniũ magistrorũ:qui literas docent/ Inquit Ferufinus vt ligures dicti sint a legendis leguminibus: cuiusmodi natura bonũ dicis quod cantus intersit non satis intelligo: nisi fortasse qm legumina existimãtur vulgo ventosiora idcirco cõductura sint voci. Recte inqt Aenicus interpretatis.cõducunt sane legumina voci:& cantui plurimũ presertim ei quo Typhon ille Egypti⁹ maxime vsus perhibet. Ad quod quidẽ dictum cũ profusius rideret: inquit Rembaldus si cõmunis hec interpretatio tibi Aenice nõ placet: vnde ligurie nomen deductũ vis/ Liguron inquit Aenicus nomen est grecũ: quo & argutum significat & suaue & splendidũ et canorũ & varium et rotundũ & psonũ: que voci omnia & cantui accõmodata dubitat nemo. Inde autẽ & liguriã et ligures nomen duxisse arbitror. Nam leguminibus multo plus abundat Egyptus:quã non modo vel Liguria vel Gallia hec Cisalpina: sed vniuersa etiam & Italia at Hyspania. Cui cum essent omes assensi cõiectis in Rembaldũ oculis: ita rursum locutus est. Accepisti tu pfecto nos Rembalde: vt es omnib⁹ in rebus & comis & elegans non nostro solũ: sed philosophoꝝ etiã more.non enĩ parua res est & musica neque noua nec vulgaris: sed que semp apud summos & sapientissimos viros in maximo honore fit habita. Itaque apud grecos qui bonarũ omniũ artiũ & prestantissimarũ disciplinarũ non iniuria principatũ sibi iãpridem testimonio et consensu omniũ gentiũ vendicarunt: tanto ea in precio semper fuit:vt qui eius esset ignarus:haberet indoctior: quod vel ipsi Themistocli accidit cum in epulis lyram recusasset. Itaq; non iniuria regem Scytharũ Ateam rident vt barbarũ et ineptũ:qui captiuũ Ismeniam tibicinem illum opti-

mũ qui Boetios plures schiatico dolore laborantes suaui mo=dulorũ curatione liberauit. vbi Tibia vti iussisset & eum cete=ri vehemẽter admirarẽtur:ac laudibus ferrent ad cœlum:iura uit ęquestrem Hinnitum sibi longe iocundiorẽ videri. Et ne id quidem mirum: quippe qui adeo ęquestri delectaretur vt ipse equum peteret. et tanq̃ iactabũdus Philippi regis legatos ali quando interrogaret: num idem Philippus faceret? Quis eñ musicam non laudet:nõ pręDicet: non maiorem in modum ad mireẽ:cum vel seipsum norit similitudine quadã musica com=pactum? Totus enim animi & corporis nostri status & compa gine quadã musica et musicis ꝓportionibus constat. Que q=dem cõueniẽtia tanta est:vt non dubitarit Aristoxenus ille Ta rentinus animũ quem eius cum discipulus & equalis Dicear=chus quatuor elementorũ conuenientiã diffinierat eum dicere corporis esse harmoniã. Sic enim ex corporis totius natura & figura corporis varios cieri motus tanquã in cãtu sonos. Ita= quę Pythagorei(quorũ inter omnes philosophos nomen illu=stre & admirandũ fuit) cum vellent diurnas curas somno re=soluere:quibusdã cantilenis vti solitos tradunt:quo leuiter eis sopor quiesq̃ irreperet/ eosdemq̃ experrectos aliis quibusdã modulis quę somni stuporẽ confusionemq̃ cępissent: abdicare cõsuesse. At Empedocles & ipse Pythagoreus furibundũ ado lescentẽ/ qui eius hospitem damnati patris accusatorẽ gladio adorireẽ/ & inflexit canendi modulo & ab illa omni excande=scentia & iracũdię turbinę/ad animi placabilitatẽ & mansue=tudinẽ reuocauit:non secus quã Timotheus ille Milesius mu=tato modulo Alexandrũ ab armis/ inq̃ orthii regula concita=rat. Nam Tyrtei tibicinis quanta vis fuerit: Mesenii sunt ex=perti. Is enim cũ suis modulis Lacedemonios aduersum Me=senios in pugna concitasset:alacrioresq̃ reddidisset:Lacede=moniis ꝑpetua seruitute Mesenios qui superiores iam essent: solus subiecit. Et quanq̃ musica descẽdit de cęlo: quippe quod ad cęlestium orbiũ mirabiles diuinosq̃ concẽtus & musas ha=bemus & musicã:haud mihi ineptus videretur: siquis in me=diũ proferret: et qui musicam primi aut inuenerint aut auxe=rint:quiq̃ in ea maxime floruerint. Nam cum sit vox ictus aer

sensibilis auditui: eius cognitio grammaticorũ est: qui veluti lineis quibusdã voces condũt:& lectioni prębent. Nam secũdum scientiã musicorũ/id esse neminẽ pręterit. Sed qui articulatam vocẽ mortalibus deus largitus est: quantũ pijs oporteat ac supplicib⁹ laudibus prosequi/cũ alij plęrique: tum diuinus poeta Homerus satis liquido significat cum ait sapiẽter & docte. vt semper. Hicq deum modulo placitũ sibi adesse diurno. Instabant graij pulchrũ Pęna canentes. Teq sagittator resonant/lętaris Apollo. Hanc autem quã & vocem/& articulatã vocem vniuerso hominũ generi immortalis deus largitus est: qui quibus cõcentibus modulationibusq ornaret: primus inuenit/nõ potest mihi non diuino quodã ingenio pręstitisse is videri. Quę cum Aenicus locutus est obticuit. Itaq Metellus cõiecisti nos inquit Aenice in maximã expectationẽ audiẽdi tui de rebus musicis nouũ aliquid inusitatũq afferentis. Quare ne nostra nos fallat spes: fuit liberalitatis tuę. Nam vel de ipsa inuentione & priscę musicę eiusq nouatę: ac pene interem ptę / non parua est inter homines doctissimos dissensio. In primisq ipsi Academici: & quotquot inter peripateticos fuerunt illustriores/ permulta de istiusmodi rebus fecere verba. Itaq perfice quęso quod cęperas: ne a quoq fortassis existimeris. (quod est alienũ a liberalitate tua) noluisse nos participes fieri vel disciplinę vł suauitatis tuę. Faciam equidẽ inquit Aenicus quod vos omnes cupere animaduerto: modo memineritis aliam scholę aliam esse cõuiuij rationẽ. ¶Heraclides enim ponticus Euphronis filius quẽ doctor Plato in siciliã nauigãs Academię p̃fecit in collectiõe musicorũ: citharę citharistici cãtus inuentionẽ in Amphiona refert Iouis & Antiopæ filiũ quẽ .f. ex patre Ioue id didicisse tradit. hoc autẽ fidem trahit ex ea descriptiõe que apud Sicyonios posita est: per quã & sacerdotes illas quę essent Argis et poetas & musicos noiat. per idem vero tẽporis Linũ quoq Euboeũ ex chalcide insignẽ habitũ: qui Apollinis vt quidã volunt. & Terpsicore filius vel secundũ alios Amphimaro Mercurioue patre & vrania matre natus lyram primus repperit: & versu lamẽtationes ita scripsit: vt Anthes Anthedonius qui simul fuit hymnos. ¶Dicunt fuisse etiã

eadem tēpestate alios plures: et Pieriū ex Pierio Macedoniȩ monte qui de musis poemata contexerūt. & Philammonā Delphum Thamyrȩ thracis patrē. Eum autē Philammonē Latonȩ & Dianȩ atq; Apollinis originē in modulatiōibus declarasse:eūdemq; primū tēpora cōstituisse illius templi:qd Delphis esset. Et Thamyrā ipsum Philāmonis filiū:qui sonātius & modulantius omībus qui per id tēporis in luce vixissent:cecinisse perhibet. Quare hunc finxere poetȩ certasse cū musis: ac propterea visum amisisse:eūdemq; scripsisse versibus Titanū bellum aduersus deos: & reliquisse carmen de theologia:versib⁹ tribus milibus. Vir sane doctus & clarus fuit: nisi obscȩno vitio virtutis laudē inquinasset. Quod dictū cum omes quid sibi vellet inter se requirerēt: inquit Pilicio quanam obscœna peste Thamyras laborauit. Ad quod Aenicus cum tacuisset:videreturq; pudorē velle nescio quid flagitij silentio inuoluere. inquit Rembaldus:omes hic familiares atque amici Aenice sumus. itaque nihil est qd dicto erubescas: p̄sertim cum iam omniū hominū cōsensu: nobilitatā & tanq̄ ingeneratā virtutē adeo habeas: vt nulla ex dictis tuis manare possit in te cuiusq̄ criminis suspitio. Tum Aenicus etsi Rembalde inquit inuitus hac de re loquor:geram tamē morem & cōuiuis et tibi. Is certe ille Thamyras:qui flagitiosis puerorum obscȩnisque amorib⁹ omniū primus se fȩcit obnoxiū. Amauit eñ Hymenȩū Calliopes & magnetis filiū. At sunt inquit Ferusinus:qui istiusmodi immanitatis initiū Thaloni cretensi dedant. amauisse enim Rhadamanthū. Tum Metellus equidē inquit: legisse memini Lauim qui chrysippū Pelopis filium in delicijs habuisset fuisse isti⁹ sceleris auctorē. Sed rapti Ganimedis honores inquit Thebaldus quid aliud significāt: q̄ Iouem illū quē optimū maximū vetustatis stulticia dictitabat: in hanc ipsam oēm tam p̄uagatā vndique nequitiā se primū principēq; p̄buisse? Et quȩnā iste bellue fuerūt inqt Rembaldus qui se tanto decori addixerūt? Grȩci oēs inquit Pilicio:cū q longe secus vel sentiūt vl̄ loquūtur. Et quidnā inqt Rēbaldus. Dant inquit. Italis eiusmodi turpitudinis fȩditatē quos insimulāt: cū diuti⁹ militiȩ tenerent primos in id facinoris p̄inde atq; mulierū inopia p̄la

psos. Perge rogo Aenice Rembaldus inquit de musicis. Malimusq; Greci s quod vr turpe sit vel obscęnũ/quã nostris ascribere. Reuertamur inquit igitur Aenicus ad eundem Heraclidem: qui tradit fuisse Demodocum Corcyreum & antiquũ musicum & haud ignobilem: qui carmina scripserit: tũ de Ilij excidio: tum de Venetis & Martis concubitu. Claruisse pterea Phęmiũ itacesium: qui reditum eo rum versu complexus sit: q cum Agamẽnone ex Troia reuersi sunt. Et hi quidem omnes quæ scripserunt non soluta oratione: sed versibus scripserunt quibus postea modulos addiderunt: vt & Stesichorus/ac reliqui prisci lyrici: carminumq; poetę soluti sunt. Nam & Terpãder qui primus lyram heptacordum constituit. & regulas lyricas scripsit quod tamen reliqui philamnioni dant: pro singulis cithariaci. cantus regulis & suis/& Homeri versibus: singulos modulos ab eodẽ Heraclide addidisse tradit: atq; idem canere in ludis solitus: primusq; nomina reddidisse lyricis regulis: & eodẽ modo Clonas qui primꝰ tibicinicas regulas / cõcentusq; cõstituit: & Elegus poeta fuisse & epicus. Et post hũc Polymnestus Colophoniꝰ eadẽ poemata secutꝰ. Tibicinię aũt hoꝝ regulæ ac moduli fuerunt Apothetꝰ: Elegꝰ: Comarchius: Schęmon. Cepion. Duis Trimeles. Postero vero deinde tempore inuenta sunt Polymnestia q̃ vocant. Sed regulæ cytharædię multo priusq̃ tibicinicę reptę cõstitutęq; fũt: Terpãdri temporibꝰ. Nã Terpãder ipse primus citharędicas regulas ac modulos: tum Boetiũ & æolium: tum trochęũ: & acutũ: tum Cepionem & Terpandrium appellauit. Scripsit aũt Terpãder procemia citharædica: At Timotheus milesius: locupletissimus est auctor citharędicas regulas ab ijs quoq;: qui antea musici habiti sunt versibus constitutas. Is enim primas regulas versibus admiscens: dictionẽ dithyrãbicam cecinit. Et id quidẽ ea potissimum ratione: ne statim videretur a lege veteris illiꝰ ac bene moratæ musicę discrepare. Verũ quantũ accepimus. Terpander arte citharædicę musicę visus est cęteris omnibꝰ anteire. Nam quater deinceps eũ vicisse pythia scriptus de ipso titulus declarat. Illius aũt vetustatem ostendit Glaucus Italus q quodã in libro de priscis poetis a musicis Archilolocho Ter-

pandrum antiquiorem ostendit: quippe quem asserit secundū post eos fuisse: qui primi tibicinicā induxere. Quanq̄ Alexander in eorū collectione: q circa phrygii pulsatiões versati sūt: narrat. Olympum Phryga: q primus & tibicinicā tulit ad græcos & Ideos dactilos: & id quidem Midę regis tēporibus. Sed qui primum tibia vsus sit. Hyagnim fuisse deinde huius filiū Marsyam tempore iudicū Iudęorum qui captus mēte se in flumen: quod ab eius nomine nomen accepit: precipitauit: ac periit Postea vero Marsiæ discipulum Olympū: qui & ante bellū Troianū fuit grandior natu: q̄ phrix Olymp⁹ quem diximus: & Misię monti ab suo nomine nomen dedit. Atqui Terpandrum secutū esse Homeri versus: sed modulationes Orphei. Sed Orpheus neminem videtur imitatus: vtpote quod nondum quisq̄ fuisset præter tibicinicę poetas. Sed quæ Orpheus cecinit nullam habent cū eis similitudinē. Clonas aūt quem tibicinū regularū poetā non multo post Terpandrū fuisse cōstat: secūdū Archades Tegeates fuit sed secundū Boeticos Theban⁹. Post autem duos Terpandrum & Clonā affertur Archilocus. Quanq̄ historici quidem tradūt Ardalū: quēdam Troezenium ante Clonam constituisse tibicinicam musam fuisse Polymnestum poetā Neletis Colophonii filium: q regulas ac modulos quosdam & Polymnestum & Polymnesten inuenerit: Nā qd Clonas Apothetum & Schenionē repperit pdidere nonnulli: Nam ipsius quidam Polymnesti & Pindarus & Alcman poetę carminum meminere. Sed regulas quasdam quibus circa Citharædicā musam Terpander est vsus: sunt qui referant in Philammonem illū Delphum & (vt summatim dixerim) oīs Terpandri Citharędia ad ętatem vsq̄ Phrynidis Mitylęnii oino simplex seruata est. Sed hic Phrynis Canopis filius discipul⁹ fuit Aristroclidis citharędi: qui genus ducens a Terpandro floruit in Gręcia tempore belli medici / acceptumq̄ hūc (de quo loquimur.) Phrynin tibicinem citharisticā docuit: qua Phrynis omniū phibet apud Atheniēses vsus panathenęaq̄ vicisse. Callia principe. Hic aūt prim⁹ priscā illā: & simplicem ac virilē musicā mutare cępit: & in nouas harmonias numerosq̄ traducere.

¶ Cithare autem figura primum facta est tēpore Clepionis.

Terpandri discipuli q̄ ideo Asias est vocata quoniam Citharędi Lesbij ea sunt vsi. Hi vero iuxta Asiam sedē habent. Sed ad postremū Pericletus gn̄e Lesbius vicit cantu Citharæ Lacedæmone carina q̄ vocatur. Quo mortuo continuo illa cytharędiæ successio Lesbios defecit. Atqui rerum quidā ignari affirmant ijsdem temporibus Terpādrum Hipponactæq; fuisse: cum ipse Pericletus fuerit Hipponacte antiquior. ¶ Sed quoniam quę cum ad tibię: tum ad Citharę leges attinent: eadem antiquitate reperta esse ostendimus: nunc de tibicinica tantū dicendum sit. Olympus igitur phrix: quem modo meminimus regulam tibicinicam condidit in Apollinem eamq; Policephalum nominauit. Fuisse autem hunc Olympum vnum ex ijs qui fuere ex primo illo olympo Myso: qui Marsyæ discipulus regulas cōstituit modulosq; in deos. Is enim cum esset Marsię more patris amore coniunctus ab eo tibicinicā didicit: eas & harmonicas regulas: q̄bus gręci postea in deorum solennitatibus vsi sunt: in Gręciam aduexit. Sed alij Polycephalum non olympi phrygis sed cratetis quem Olympus docuit: fuisse contendūt: Practicias vero ait legem Polycephali fuisse non primi illius Mysi: sed iunioris Olympi phrygis. Nam moduli legē inuenisse dicitur Olympus primus Marsyæ discipulus. Marsyā vero ipsum sunt qui dicant massem vocatum esse: alij vero contra. Nam Marsyam & non massem nominatum: fuisse autem Marsyam Hyagnidis primi illius filium qui tibicinicam reperit. Quod autem harinatius modulus Olympi fuerit: docet ijdem Glaucus Ital⁹ in priscorum poetarum monimentis: praeterea ex Stesichoro hymnęo idem intueri licet: qui neque Orpheum nec Terpādrum nec Archilochum: nec Thaleram imitatus est: sed Olympum. Est enim vsus Harinatij lege & dactyli specie: quam ex orthij regula quidam esse dicunt. Alij autem dicunt hanc regulam repertam a Mysis. Fuisse enim priscis tibicines quosdam Mysos. Atqui est etiam alia prisca regula ac modulus: nomine Cradias: quo dicit Hipponax vsum tibicinem Minestum. Principio enim canebant tibicines elegia modulationibus condita. Fuit etiam Sacadas argiuus Poeta: modulorum atque elegiorum modulationibus conditorum:

quem & bonum poetam: & ter Pythiorum victorem tradiderunt. Cunq; tres toni essent secūdū Polymnestū ac Sacadā Dorij: phrygij/Lydij. Fecit Sacadas (vt ferūt) in singulis tonis cōuersionē: ac docuit chorū canere primū Dorice: secūdū. scdm Phrygas: Tertium vero secūdum Lydos vocatur autem ea regula tripartita ꝓpter mutationē. Sed in ea q̄ apud Sicyonios descriptio est poetarum Clonas perhibetur tripartitę legis inuentor. Et prima quidem constitutio rerū musicaꝝ apud Spartiatas Terpandrum habet auctorem. Secunda vero Thaletā. Sortinium & Xenodomum cytherium/ & Xenocritum locrū/ & Polymnestum Colophonium: & Sacadam Argiuum: Sed & Thaletes & Xenodamus & Xenocritus pęanū Poetę affirmantur: Polymnestus vero Orthiorū. Sacadas aūt elegiorum. At Pratmas inquit Thebald⁹ dixit Xenodamū nō pęanū sed sub saltationum poetam habitum. Nam & Polymnestus tibicinicas fecit regulas. Et ī Orthij regula modulatione vtitur. Ambigitur etiam de Thaleta vtrum pęanibus vsus sit: quippe quem Glaucus & post Archilochū fuisse & Archilochi modulos imitatum refert: eosdemque magis produxisse intendisseq;. Praeterea & maronam & Cretuum item numerum in modulatoriā intulisse. Quibus ipsis neque Archilochus/ nec Orpheus nec Terpāder sit vsus. Nam quicquid in hac re boni Thaletas habuit id omne ex Olympi tibicinio molitus est. Dubitatur etiā de Xenocrito Locro an pęanibus vsus fuerit: Heroica enim argumēta eum scripsisse tradunt. Itaq; Dithyrambi appellatione eius argumenta ab quibusdam notata sunt. Recte quidem inquit Aenicus Thebalde monuisti: quanquam ego istuc mox erā venturus. Narrantur eñ ista q̄ dixisti omnia. Quę quoma gis inter se discrepant: eo maiorē coniecturā musicę & vetustatis: & dignitatis afferunt. Nā propter vetustissimā antiquitatē humanę inuētionis auctor: incertior sit oportet. Rei aūt inuētę dignitas adeo multos trahit ī amorē sui: vt singuli (si fieri possit) auctores se dici velit. Hoc aūt nō solū in musicis: quoꝝ sibi inuētū poetę proculdubio vendicāt: sed etiam in philosophia: & in reliqs oībus optimis disciplinis vsu venit. Quare Olympū dixit Aristoxenus existimari a musicis harmonici gñis re

pertorē. Antea enim fuisse omnia diatona & chromatica. Sed Olympius quoniā musicam auxit. introduxit enim noua quędam & supioribus incognita: eo dicitur a nonnullis inuentor gręcę & pulcherrimę musicę. Idem quoq; accidit in numeris: Quędam enim numeroꝶ genera ac species/ primę inuentiōi sunt additę: quę latuerant. Et ita moduloꝶ numerorūq; poetę extiterunt. Nam prior illa Terpandri nouatio haud reddidit musicā ineptiorem. Post hunc autem Polymnestus & Thaletas itidem & Sacadas ita Terpādrium modum imitati sunt/ vt a forma ipsa optima nō excesserint. Nam ij omnes ita poeticis numeris prestiterūt: vt primā formę bonitatē nō deseruerint. Nouauerūt etiam quępiam & Alcumā qui amatorios modulos repperit: et Stesichorus quoq; vterq; ab honesta Musica non discessit. At Croesus Timotheus & Philoxenus/et qui reliqui per id etatis musicę laudem sunt adepti: vt iportuniores fuere: multa nouarūt: quę a vetere illa et modesta ac virili musica veluti degenerant/ sicut hi sane regulā: quam humanā & positiuā nomināt/ hoc est mollē & eneruatam. Prisci eñ illi musici poetę ijdemq; philosophi fuere: nullus istiusmodi lenocinijs illecebrisq; fœmineis vtebatur. Sed naturā optimā viuendi ducem ac magistrā sapientū atq; grauitatē & sono et cantu complexi sunt. ¶ Itaq; & vergilius Maro talem hyopam cithare dum apud Didonē fingit canere in cōuiuio & Homer⁹ apd Alcinoum pheacū regē Demodocū illum Corcyreum/ de quo modo sermo est habitus/ cōuiuas facit cythara delectare: qui tamē dum veneris martisq; concubitū canit: non ad voluptatē libidinisq; illecebras id mihi facere videtur: sed vt delicatos mollesq; deterreat ab eiusmodi oībus indignis hoīe libero animi pturbatiōibus. Eisdem rationib⁹ canit Phemius Itacesius in cōuiuio. Et Agamēnon Imperator ad bellum Troianū pfecturus poetam reliquit domi: qui vxorem Clytemnestram per muliebriū virtutū laudes/ad pudicitiā cantu probitatemq; coniugalē hortaret. Quare aiunt non prius ab Aegistho viciatam Clytemnestrā: quam is e medio musicū q adulteriū monitis suis impediebat: impie sustulisset. Itaq; laudandi mihi Lacedemonij visi sunt qui Timotheū Milesium cōsul=

to publico de laconica exegerei: quoniam super eos quos a superioribus constitutas reppererat vndecimũ addiderit neruum cythare. Videbat enim viri prudētissimi perniciosum fore ad virtutem puerorum animis: quo Timotheus erudiēdos accepisset: si priscam illam modestamq́ harmoniam pateren tur per multiplicierẽ musicam in chromaticũ genus quod multo mollius & lasciuius est inuerti. Hęc fuere quę de iis qui musicam aut inuenere aut auxere: aut in ea vtrumq́ clari sunt habiti se mihi dicenda obtulerunt: quanq̃ res adeo magna est et multiplex vt multo & longiorẽ orationem & eruditionẽ exposceret. Sed conuiuij mihi vt dicebam non scholę alicuius ratio habenda fuit. Cum autẽ hunc Aenici sermonẽ conuiuę omnes admirarentur: eumq́ certatim laudarent ingenij doctrinæ et diligētiæ imprimisque memoriæ: inquit Metellus perpulchre sane nobis humanã musicam Aenice exposuisti. Verum sunt qui altius repetant hoc inuentũ: volunt enim Appollinẽ fuisse: qui non cytharam solum: sed etiam tibiam multo ante Marsyã aut Olympum aut Hyagnin primus inuenerit. Id autem patet ex illis charis atque sacrificijs q̃ Alceus scribit in quodã hymno cũ tibijs Appollini deo prestabat antiquitas. Pręterea eius simulacrum quod fuit Deli habuisse dicitur in dextra quidem arcum: in leua vero grtias: quę singulę singula musicę instrumēta manibus gerebant: vna lyram: altera tibias. Quę autem fuit media, ore fistulã tenebat. Quæ vero a me dicuntur & Anticles quoq́ & Sterpaphius Callimachi seruus ac familiaris ambo tradiderũt. Sunt autem qui vetustatẽ illius positi simulachri reperant ab Herculis vsque temporibus. Atqui puerũ quoq́ illum qui laurum tempicã deportabat ad Delphos: tibicen iuxta sequebatur. Præterea quę ex Hyperboreis ad Delũ olim sacra mittebantur: cum tibijs et fistulis ac cytharis ea fieri mos fuit. ¶ Alij vero appollinem etiam ipsum vt optimi modulorum poetæ Alcumanis sententia est: tibia cecinisse tradũt Sed Corynna Lyrica Archelodori & Procatię filia Myrtidosq́ discipula. q̃ pindarũ fertur vicisse quinquies: ait Appolinẽ vtẽq́ tibię doctrinã a Minerua accepisse. Quãta igit p̃ se dignitatem ferat musica satis ea rõ docet q̃d deos habet auctores.

Loquor eñ de prisca illa & virili ac benememorata admirabiliq; musica. Nã quę postea mollis atque petulans introducta est: quã sit cõtemnanda nihilq; faciũda in tertio de rep. docet Plato, qui cum alia pleraq; nõ probat: tum Lidij harmoniã plurimum reprobat: q̃ & acuta sit/& ad lamentationẽ accomodata: Enim vero prima eius cõstitutio fletus lamentationisq; causa facta est. Nam Aristoxenus in primo de musica Olympum tradit in pythonis sepultura cecinisse tibia scdm Lydium modulũ funeralia. Sunt tamen qui hunc modulũ a Melamppide cœptũ credant. Sed Pindarus in pęanibus/cum de niobes nuptijs loquitur/dicit harmoniam Lydij moduli primã doctrinam fuisse in musicis: Alij vero Torebum primũ esse Harmonia vsũ perhibent, quẽadmodum Dionysius cognomẽto Iambus refert. harmonia vero quę dicitur mixolidius & cõmiserationis est & tragedię cõgnes. Sed Sappho Ferufin⁹ iquit, narraĩ ab Aristoxeno inuenisse prima mixolidium harmoniã: ab qua tragediarum poetę doctrinã acceperũt. Ii enim mixolydiũ doria cõiũxere: Nã dores repñentãt modulationibus suis celsi animi cõuenientẽ magnitudinẽ/atque amplitudinẽ: Lydij vero quanta sit vis & ipetus perturbationũ facile demõstrant. His aũt vtrisque mixtũ cõstat tragedia. At sappho ista Ferufine quã nobis cõmemoras: inquit Thebaldus quęnã fuit: vtrũ ea quã Lesbiã fuisse volunt & erexo: an altera & ipsa Lesbia ac mitylenea? Equidẽ inquit Ferufinus priorem puto. Verũ quam alterã ais & alteram? Fuit vna inquit Thebaldus et ea quidem Erexia atque antiquior Sappho Lyrica Olympiade secũda & quadragesima: qua tẽpestate & Alceus claruit & Stesichorus & Pitacus. Et plectrũ prima inuenit. Nupsit autẽ Cercyle Andrio hoĩ ditissimo: ex quo filiũ suscepit noĩe Clida. Discipulas habuit Apagorem melissiam, Congylam Colophoniam. Ennoeã Salaminiã: habuit amicas tres Atthida Thelesippam megaram: quarum etiã amoribus secus q̃ muliebris pudor & pudicitia patiaĩ vsa/per turpissimã famę notam tradita est scripsit aũt & Lyricos modulos & epigrãmata & elegia & Iambos & monodas. Altera vero Sappho mitylenea longe iunior fuisse cõstat: Cuius pulcherrimũ carmen ad amicũ Phaonẽ adhuc in

latinũ cõuersum apud nos extat. Hęc autẽ cũ Phaonem ipsum perdite deperiret: sua tandẽ spe frustrata ex leucade sese pcipitẽ dedit submersitq;. Placet sane inquit Ferinsinus ista etiam audiisse/quo nihil omnino certi ex hoc lautissimo cõuiuio nobiscũ reportemus: pter hoc vnũ quod nõ prima dicẽda sit Vaggia poggiana: q̃ Lambere puellas cõsueuerit: quandoquidem audio Sappho et exiam trium se puellarũ obscoenis amorib⁹ poluisse. Id quod Iuuenalem nõ vidisse miror. Perge autẽ tu Metelle vt q̃ in certa erant nulla omnino reddas. Faciam Metellus inquit quod iubes: & id quidem breuibus. Scio enim fore vt mox Rembaldus accesatur ad principẽ et publici & grauissimi cuiusdem muneris gratia. Vt igitur ad mixolidium redeamus vnde huc nostra declinauit oratio. Pythoclidem tibicinem aliqui protulere: qui Mixolydiũ ipsam repererit. At Lysis Aetheniẽsem Lamproclem eius auctorem affirmat. Qui cũ intelliger et nõ hic esse disiunctionẽ: vbi omnes fere putabant. sed in acuto. talem eius figuram reddidit: qualis ea est: quę a paramese sit ad hypaten ipsam principem. Damon vero Aetheniensis vt pleriq; consetiũt: remissam quę dicitur harmoniam repperit: quę quidẽ Mixolydio contraria est. Iados autẽ persimilis. Non autẽ iniuria Plato hasce harmonias/et quę relaxationi accõmodata est abdicare atque contẽnere visus est. Doricam aũt idcirco admisit ac probauit: quoniã viros fortis temperatissimosq; doceret. Is eñ vt ait Aristoxenus in secũdo musicorũ nõ erat ignarus/esse in illis etiã quidpiam quod reĩ dę reipu. conduceret. Nam nec mediocrem operã Plato musicę indulsit. quippe q̃ & Dracontẽ Aetheniẽsem i musicis audierat & Metellũ Agrigentinũ: Sed eo pretulit Doricã harmoniã quia & gratior ea est & bellicę rei aptior. Nec enim ignorabat vir ille oim vnus eruditissimus & Alcumanẽ & Pindarũ & Simonidẽ & Bachilidem: tum doria multa: tum parthenia nõnulla cecinisse: eosq; & prosodia & pęanas & tragicã: itẽ cõmiserationes eẽ aliqñ dorio illo modulo modulatos. ad hęc item quędã de amore. Valebant autem apud eum quę in Martem Mineruamq; concinuntur et ea quę spondęa nominantur: hęc enim erant eiusmodi quę viri temperantis animumq; confirmaret

ingenti robore. Nec etiā erat nescius q̄ Lydij atque Iados vis atque virtus esset. Sciebat sane Tragędos vti eiusmodi modulatione. At veteres oēs cum nullius essent cōuenientię imperiti: non tamen omnibus sed quibuspiā vsi sunt. Nā quod illi arctiore quadā harmonia paucitateque neruorū contenti esset/ non eius rei ignoratio fecit: sed consiliū. Nec inscicia vllā factum est: quod olympus & Terpander quiq̧ hosce deinde secuti sunt: neruorū multitudinē varietatemq̧ sustulerint. Cui quidem rei testimoniū affert et Olympi et Terpandri reliquorūq̧ poemata: qui idem institutū seruauere. Nam q̄ trium neruorū simplicesq̧ sunt adeo varijs ac multorum neruoꝝ citharis præstant: vt maiorem Olympi modulum imitari nemo quiuerit. Et hi quidem omnes qui multitudinem multiplicitatēq̧ neruorū adamarūt: vt tempore fuerūt. sic etiam rei dignitate minores habendi sunt. Nam et quibus aut neruis aut modulis vt prisci voluerunt: idcirco noluerunt quod effęminatū quippiam atque humile in eis positum censebant: & his duntaxat sunt vsi quibus quoddam animi robur atque amplitudinem representari arbitrabantur. Qua ratiōe tragędi dicti a chromatico genere atque numero abstinuerunt. Eadem etiam ratione Tyteus Archembroti filius vates idem & poeta elegiorum tibicenq̧ illustris qui rempub. scripsit Lacedemonijs: & Andreas corrithi⁹ & Trasilius Phliasius nō ignoratione: sed animi sententia chromaticū ipsum genus varietatēque & multitudinem neruorum neque secuti sunt neque ꝓbarūt. Aliaq̧ ꝑ multa istiusmodi respuerūt vt Numeros quosdā & harmonias & dictiōes modulatiōes & interptetatiōes. Atqui mox Telephanes megaricus ita fistullis quasi optimus bellator enituit: vt tibicines nusq̄: vt ita dixerim. tibijs vti fineret. Quinetiam ob eā potissimū causam a ludo pythico abfuit. Sed quēq̄ sua. vt dici solet. magis delectat. Quo fit vt alij Dorio. alij Lydio. alij Phrigio. alij alio & vsi sint & vtantur. Nā Cato quispiā/ aut Phocidi quoniam perpetuam cōstantiā seueritatēque adamassent neque quicquā aut versutū aut occultū sed simplicia oia apertaque probarent. dorīū quā aut Lydium aut phrigiū maluissent. Nā corporis perspicuitas doricū est Dores eni discincti erāt/ ac tunicis sępius

vtebantur. Preterea apud spartiatas Lycurgi etiam instituto puellę in ludis nudę versabant. Quare in omnibus grauiorib⁹ rebus prisci dorium nō lydium neque phrygium admittebāt Itaq; cum quid lętius ac iucundius vel dicendum vel optādum esset: veluti prouerbij loco A dorio dicebāt in phrygium. Qui enim faciliores humanioresq; prestarent non tam dorio quam aut lydio aut phrygio delectati sūt; Quamobrem qui dorionē amarent Antigenidem tibicinem nō probatur. Quibus vero Antigenides placeret. ijs erat dorion iniucūdior: his quisque gaudet quibus vtitur. Contēnitq; ea a quorum est vsu alienus/ ob quā quidem causam citharędi quoq;/alij alios improbarūt Et alij numeroꝝ varietatem amplexi sunt: alij simplicioribus modulis delectati. Atque oīa fere ad ciuitatis vsum moremq; viuendi referre consueuerunt. Proīde Plato neque ignoratiōe nec iperitia: sed quia ciuitati quā cōstituerat repugnabāt: alijs quibusdam vti noluit: alijs voluit. Nam eam tenebat conueniētię disciplinam quā qui omnium maxime. Itaque in his quę de animi origine in Timeo dixerit quantū & circa disciplinas & in musicis valeret: facile ostendit. Sic enim quodammodo cōficiebat postea tum dupla tum tripla interualla & illis abscindens & inter hæc portiōes locās vt in singulis interuallis duę essent mediocritates. Id vero initium harmonicę esse peritię manifestū est. Enimuero tres sunt mediocritates prmę ab quibus mediocritas oīs capit arithmetica/harmonica/geometrica/quarū vna pari nnmero & excedit & exceditur: altera pari ratione/tertia vero neq; rōne nec numero: cū Plato igit animum esse cōuenientiā q̄tuor elementoꝝ & causam eins cōsonantię q̄ sit ex dissimilib⁹ inuicē demonstrare voluisset: in quolibet interuallo duas animales mediocritates pro musica ratiōe ostēdit. Nam cōsonātię illius musicę q̄ dicitur Diapason hoc est ex oībus chordis duo sunt media interualla. Sed horū ꝓportio declaranda est. Nam q̄ proportio fi tper omnes neruos in ratione dupla speculationē habet/faciant aūt duplā rationem exēpli gratia secundū numerū sex & duodecim. Est aūt hoc interuallū ab hypate mediorum in neten disiunctoꝝ. Cum sex igit & duodecim extrema sint: habet hypate quidē mediorū ipsoꝝ

rum sex numerum.nete vero disiunctorum numerũ duodecim ¶Capiendi ergo pręterea sunt numeri qui inter hos cadunt quorũ extremi alter epitritus alter hemiolus existat. sunt autem hic octo illę vero nouem.ipsorum eñ sex octo quidem epitrita Sed nouem hemiola. Et vnũ quidẽ extremũ huiusmodi est. sed aliud illud est qd ipsoꝝ duodecim.& eoꝝ quidẽ nouem epittita sunt:octo aũt hemiola.Horum igitur numerorũ qui medij fũt sex & duodecim & eius interualli quod fit ex omnibus neruis ex eo constans quod ex quatuor & ex eo quod quinq; dicit:hęc habetur ratio.Nam mese quidem ipsoꝝ octo habebit numeꝝ sed qui neruus est iuxta mediam:hoc est paramese : numerum hdbebit nouẽ.quo quidẽ facto ita se habebit hypate ad mesen vt peramese ad netem disiũcti.nam ab peripate medioꝝ per quatuor in mesen:sed a paramese in neten disiunctoꝝ per oẽs eadẽ proportio est etiã in numeris. Nã queadmodũ se habent sex ad acto sic nouem ad duodecim se habere perspicuũ est. & sicuti sex ad nouem se habent eodem modo octo ad duodecim Epitrira enim partim quidẽ octo ipsorũ sex sed duodecim reperiunt ipsoꝝ:Hemiola vero nouem quidẽ sunt ipsorum sex. sed duodecim esse ipsorũ octo dissentit nemo.ex his ergo quę paucis cõplexi sum⁹ quã fuerit Plato doctissime eruditus ĩ mathematicis disciplinis:haud obscure cõprehendi potest.¶Nõ aũt esse lęuẽ rẽ quampiã harmoniã:sed & grauẽ poti⁹ & diuinã Platonis auditor ille aristoteles oñdit hisce verbis.Ad harmonia quidẽ cęlestis est q̃ naturã habet diuinã & pulchrã & beatã.Cũ naturali eñ virtute q̃driptita fit: duas habet mediocritates arithmaticã & harmonicã.Cui⁹ quidem & partes & magnitudines & excellentię apparent scd̃m numerũ equalitatẽq; mẽsurę.Nã in duab⁹ tetrachordis moduli numerant. Hęc eñ ad verbum locutus est Aristoteles.Constare aũt dicebat eius corpus ex dissimilib⁹ partib⁹:& ijs qdẽ inuicẽ cõsonantib⁹:verũtame madiocritates quoq; ipsi⁹ ꝑ Arithmetica rõne cõgruere.Neatũ eñ ab hypatũ ex rõne dupla coaptatũ : eã reddere cõsonãtiã q̃ dr̃ ex oib⁹ neruis.nã.vt modo dicebam⁹.habet neatum hoc est nouissimũ & vltimũ neruũ duodecim vnitatũ.Hypatum vero vnitatũ sex:at paramesen q̃ consonet ad hydpaten

pro hemiola ratione vnitatũ nouẽ. Medij aũt nerui dicebam⁹ octo esse vnitates: Cõfundi vero constareq̧ ex his videm⁹ quę interualla maximũ principatũ habent in musicis & illud diatessaron qd' est scd̃m hemiolij rõnem & aliud diapason qd est ꝓ rõne dupla. Enimuero seruari etiã qd Epogdoon nominatur. Id aũt est scd̃m rationẽ Toni. Iisdem aũt excessibus harmonię partes excedunt & excedunt a partibus itidemq̧ a mediocritatibus: & id quidẽ tum scd̃m excellentiam Arithmeticã: tum etiã scd̃m potentiã geometricã: Potentias aũt ipsas ita habere definit Aristoteles. Neaten quidẽ quã vocant excedere mesen tertia ipsius ꝑte. hypaten vero excedi a paramese tantundem. Itaq̧ fieri excessus eorũ quę ad aliqd. Nam iisdem partibus & excedũt & excedunt epitrico & hemiolo. Excellẽtia igitur harmonica ẽ hmõi. Sed Neates Meseſq̧ excessus ꝑ Arithmetica rõne excedit ęquali parte Eodem etiã modo paramese hypaten excedit. Paramese eñ scd̃m rationẽ Epogdoã mesen excedit. Rursusq̧ neate dupla est hypates. At paramese hypates hemiolus. Sed mese epitritus coaptatur. Harmonia igit' vel secundũ Aristotelem ita se natutali ratiõe habet: & quo ad partes & quo ad partium multitudinem. Quę vbi Metellus dixisset atq̧ Item plura dicturus videretur/accersitur a collegis ad arcis Ianuam necessarij muneris gratia. Quare vos inquit tantisper dum redeo honorate mensam. Nam & priuatum & familiare quodque negocium publico cedat necesse est. Quãuis enim intempestiue accersor a collegis: agitur tamen non parua res in questura quę ędilitati cõiuncta est. Accedam igitur auditurus quid negotij sit: quod me tantopere in pręsentia rnm exposcat. proinde ne quid temporis vacui detur: vos interim date manus opsonijs: vel in se videtur Eerusine: quoniã nõ minus quã ego musicã didicisti aliquid tandem musicum eloquere: vel minus musice. Faciam inquit Eerusin⁹: ęque eñ musicã teneo: atq̧ astronomiam medicinamue. Deinde cõuersus ad Aenicũ: Contine inquit obsecro risum Aenice si qd fortasse inepti⁹ hac de re dixero. Num eñ te fugit huiusce tempestatis musicam dictam esse quasi muscam quam qui propius homines sequuntur: homusce omnes dicendi sunt. Nescio autem

Vtrum musicũ hominẽ malis an homuscã aliquẽ audire. Adq; surridens Aenicus perge inquit Ferusine. Quid em̃ ꝓtuleris in mediũ/nõ poterit nõ prudẽs esse & perpolitũ. Tum Ferustinus ꝓfecto iquit quę sunt de musica disputata: seu Apollini ei⁹ prima inuẽtio quasi deo cuiq̃ dãda sit/siue homini & Amphioni/nõ possum ea nõ fateri esse pulcherrima. Nã qđ demũ dicebaẽ de Harmonia cõstat & ipa quidẽ & omnes eius ptes naturaliter ex infinita atq; admonẽti: & vt ita loquar ex paridispari natura. Ipa em̃ tota par est t̃minis suis quadriptita. Sed ei⁹ ptes atq; rõnes/& pares sunt & dispares/& pidispares: quippe quę neaten quidẽ habet parẽ ex duodecim vnitatibus: sed paramesen disparẽ ex nouẽ vnitatib⁹ Mesen vero parẽ ex octo vnitatibus. At Hypaten paridisparẽ ex vnitatibus sex. Cũ sic aũt & ipa Harmonia & harmonię ptes natura se inuicẽ habẽt tum excessibus: tum rõnibus. Consonat illa quidẽ cũ tota toti: tum etiã ptibus. Quinetiã sensus corporibus ꝓpter hmõi conuenientiã inherẽtes: alij quidẽ cęlestes ac diuum. visus ipe atq; auditus/quibus duobus hoies pinde atq; pręsentia quadã diuina sentiãt: ꝓxime sensu dicũtur ad deũ accedere: voce harmoniã luce q̃ ostẽdũt: alij vero sensus veluti cõsequẽtes/vt sensus Harmonia cõstãt. Nã etiã hi: quanq̃ illis minores sunt: tñ qm̃ ab illis nõ absunt: oia scđm Harmoniã absoluũt. Illi em̃ simul quasi pręsente deo sese corporib⁹ offerẽtes p rõcinationẽ acerrima sunt/pulcherrimaq; natura. Quę cũ dixisset cõtinuo adfuit Metellus rursum q̃ sodalibus assurgẽtibus loco suo accubuit. Moxq; animaduertẽs suo reditu silentiũ factũ quasi ipse quẽ antea cępisset sermonẽ esset ꝓsecuturus. Nihil est iquit qđ me quispiã dicturũ expectet. Nã & cęnãdi mihi iam tẽpus dari malim quã canẽdi sonandine: & quid Ferusinus quãtũ disseruit ignoro: proinde aut ipse/aut alius quispiã istiusmodi sibi prouinciã desumat. Tum Ferusinus/recte sibi Metellus/atq; mihi cõsulit/cuius exẽplũ sequi institui. Itaq; tu Tebalde si videẽ quãdoquidẽ diutius tacuisti loquere aliquid tandẽ quo postridie leuiore sis stomacho. Recte suades inquit Thebaldus. Nã et ipe mihi videbar fere obmutuisse cũ nullus mihi dareẽ in tãta dicẽdi ꝓlixitate/ne mussandi quidã locus. Neq; id tamẽ vr̃m

cuiq̃ vitio do. Eſt eñ muſica res certe vetuſtiſſima ac nobilis Itaq; nõ abſurde priſci illi gręci maxime oĩm gentiũ eruditiõe muſicę ſtudere. quippe qui putarẽt iuuenũ animos cõuenienti muſica ac decorẽ & venuſtatẽ fingi aptęq; cõponi oportere. In telligebãt eñ muſicã cũ rebus oĩbus atq; optimis actionibus conducere: tum pręcipue bellicis periculis. Ad quę quidẽ obeunda petebant a muſica auxiliũ. ¶ Accepimus eñ Lacedemonios cũ eſſent hoſteis inuaſuri tibijs vti ſolitos. Nã iuſſu legis iugulata capra/coronatiſq; oĩbus tubicines Caſtoriũ modulum canebãt: incipiebantq; pęna. Itaque illorũ aſpectus et pulcher erat/& formidabilis: qui numero ad tibiã incedentes neq; phalãgis ordinẽ miſcerẽt/nec animis turbarent: ſed in diſcrimen a modulo mãſuete atque hilariter ducerent. Alij vero ſicuti Cretẽſes cũ impetũ in hoſtes facturi eſſent: pro Lirę modulo: in illos ferebant. Argiui aũt tibia: item in Stheniorũ ludo niſi perhibent: huius eñ ludi initiũ in Danaum Aegypti illius fratrẽ abs quo ſcđm Gręcos ęgyptus noĩata eſt. primo deinde i Iouẽ relatũ tradidere. abs quo etiã Iuppiter Sthenius ẽ appellatus. ¶ Nõnulli quoque tuba apud veteres vti in rebus bellicis maluerũt: in primiſq; Latini & Italia oĩs. vnde eſt illđ Ennij At tuba terribili ſonitu taratantara dixit. multi cornib⁹ delectant. vt & Germani: & Galli oẽs. At Indi nõ tubis ac tibijs (quibus vtriſque & in ludis nũc: & in cõuiuijs vulgo: vtunt plęrique & noſtri & aliena) ſed verberibus ac flagris pulſatis in aerem. itemq; (quod turcis vſitatũ audiuimus) lacio rib⁹ quibuſdã tympanis horrẽdum quendã fragorẽ & tanq̃ tonitrũ reddentibus gaudẽt. Theatricã vero muſam ne norãt quidẽ gręcorũ vetuſtiſſimi. Omniſque eo℞ ſciẽtia verſabat circa diuinũ cultũ inſtituendãque iuuentutẽ. Ac ſine vllo apparatu theatri (quod nuſq̃ erat) muſica vtebant in templis: vbi & venerando numini: & bonorũ virorũ laudibus ſtudebãt. Ab hoc aũt diuinę rei ſpectaculo ad ſtruẽdas & erigẽdas theatro℞ moles paulatim declinarũt: q̃ Apo tu theon hoc eſt ab deo nomẽ accepiſſe cõſentaneũ eſt. Vñ etiã ſTotheorin quod ſpectare ſignificat ęque atq; theatrũ deductũ oſtẽdunt. Ex hac aũt muſica Theathraliſſi quis dicẽdo cõplecti velit quot lenocinia tãdẽ neqtięq;

fluxere:nō facile queat. Nā relicta vetere illā grauis ac modeſtę muſicę diſciplina tragędi primū deinde comędi:poſtea alia atq; alia petulātiora iſtiuſmodi hominū genera irrepſerūt: iua luerūtq; adeo.vt nihil magis q̄ probrū ac dedecus colendū am plectendūq; videref. Inde noua quędā poetica apud Athenienſes exorta quā circa fabuloſam factionē verſari Plato quoq; teſtatus eſt.Fabula vero quid eſt aliud quā falſa quędā oratio / q̄ vere orationis ſimilitudinē habeat/vt eſt oratio rei geſtę: ita orationis fabula imago quędā & ſimulacrū eſt.Tantūq; hiſtoricis poetę cedūt:quātū dicētes ſunt agentibus inferiores:Hiſtorici ſane vt opinor ſunt ſonori quidā rerū geſtarū nūcij.Quā cūq; aūt gratiā poetę atq; honorē habent:idcirco habēt: quod oratoris potius q̄ boni oratoris eſſe volūt: veriſimilia dicunt. Quod Homerus cōſiderans apte ait.Plurima narrata ſimilis mendacia vero.Itaque nequaq̄ omnes poetę apud Athenienſes recepti ſunt.Nam & modulorū poeticam ita contēnere viſi ſunt:vt clarum aliquē eius artificem non habuerint. Cineſias enim qui dithyrambos ſcripſit:durus adeo fuit infacundusque poeta:vt comędorum omniū cauilla in ſe conuerterit.& comędi tanto dedecori primū habiti ſunt:vt lege cantum eſſet:nulli ariopagitę licere comędiā ſcribere.Sed vt res humanę in deterius ruūt:comici quoq; tādē admiſſi ſunt apprimeque honorati.Nam tragędia ita mox floruit:ac mirādum in modū celebrata eſt:vt nihil tragędis duceref illuſtrius.Nec id quidem temere.Cōparat eñ ſibi tragędia auditum atque ſpectaculū: cū ſcdm Gorgiā fabulis.& ꝑturbationibus hoīes fallit.Itaq; plus numorū cōſumpſit Athenienſis populus in Bacchas / Pheniſſas / edipodas antigonem in Medeęque & Electrę calamitates atq; erūnas q̄ in oēm rē bellicā pro patria libertate aduerſus barbaros.Et vt reliquos omittā quā hęc adulterata muſica durā illā atque ferreā Martis poteſteritatē Romanū populū populoꝝ omniū dñm:facilē ad poſtremū obſequētēque habuerit:Docet vel vna Thais Terentiana quā in auditi ꝓcij veniſſe meminit Donatus grāmaticus.Quibus & pręmijs & honoribus iſtiuſmodi factum videmus:vt omnes qui in muſicis aliquid poſſent in theatricā muſam ſeſe receperint.Tum Rēbal

dus nõ possum inquit Thebalde nõ mirari:qđ adeo in hanc le
nẽ et perhumanã musicã te qui vnus omniũ humanissimus sua
uissimusque sis:acerrimũ quendam vel aduersarium vel hostẽ
prestes.nomine prisci etiam illi quos tanti facundos censes:
noui aliquid in musicis ac varij adiuenerũt:Valde inquit The
baldus:sed ita certe adinuenerunt:vt nulla in pte a grauitate
decoroque discederẽt.nã Terpander:qua prisci in modulis vsi
nõ sunt doriũ netem reppit.Itẽ & mixolidium tonũ totũ:& or
thij modulationis modum:qui dicit̃ scđm orthios ad orthium
significabilẽ trocheũ.Quod si vt ait Pindarus modulorũ quoqꝫ
qui nominãtur Scolij Terpander auctor fuit. attamẽ Archilo
chus etiã trimetrorũ numeros adinuenit:& instãtiã ad dissimi
les numeros & denumer ationẽ & qui in his sonus versat̃. Pri
mo etiã ipsi dedunt & epoda & tetrametra & procriticum: qđ
iudicij electionisque vim habet & qđ aditum prestat. psodia
cum huiusque incrementũ.Sunt etiã qui eidẽ elegiũ ascribant
ac pretere a instãtiã tum Iambei ad epibatum peana:tum aucti
Heroici & ad psodiacum & ad procriticum. Ad hec quoqꝫ Ar
chilochi. Inuẽta esse affirmãt Iambea vtraque & quę dicendo
secundum pulsum ac percussionem & quę in canẽdo posita sunt
Quo pacto qui deinde tragici poetę secuti sunt eisdem vti plæ
rique omnes consueuere.Sed ea Cręsus postea vertit in vsum
Dithyramborum.Qui etiã(vt opinio est) eum ꝯpulsum qui est
sub odam primus inuenit.Nam priscos omnis Proschorda q̃
appellantur. pulsare solito. At polymnestris eum repperit to
num:qui Hipolydius nominatur.Ac idem multo maiorem fe
cit tractum atque emissionem.Olympus autem ille phryx: qui
et grecię & regularis musę initium sibi vendicat: Harmonie
repperit genus.Idemque numerorum tum prosodiaci auctor
fuit:quo martis regula continetur:tum chorti quo in maternis
vtitur plurimum.Sunt etiam qui Bachij auctorem Olympum
dicant. Quę quidẽ omnia ita se habere declarant singuli pri
scorũ moduli.¶Verum Iasus hermioneus Tharbini filius quẽ
Periandri loco vnũ e septẽ Greci sapiẽtibꝰ quidã numerarum
primꝰ de musica librũ scripsit.Claruit autẽ eadẽ tẽpestate qua
Hippocrates medicꝰ Olympiade quinq̃gesimaoctaua. Is igit̃

Iasus vbi in dithyrambicam disciplinā numeros mutasset:se-
queretur q; per multam illam tibiarū vocem multisq; preterea
ac diuersis sonis vteretur:priorem musicam mutauit Melam
pides quoque melius ille eritonis filius post hūc secut⁹Olym-
piade sexagesima quinta qui dithyrambor; libros plures scri
psit & pœmata epica & epigrammata & elegos aliaque pluri-
ma:neque ipse superiorem musicam est amplexus:nec ei⁹ser-
uus atque auditor philoxenus chiterius Eulychidis filius qui
dithyrambos scripsit quatuor & viginti Aeacidarumq; originē
modulis cōtexuit.Ac ne Timothe⁹ quidem priscam probauit
musicam.Is eñ lyram quę ad Terprādrum Antisseum vsq; ad
septem neruorum fuisset:diuisit in plures sonos.Idéque tibici
nicam a simpliciore illa in variam multipliciorem q; mutauit.
Nam priscis illis temporibus ad menalipidē vsque tibicines
erant mercennarij poetarum.Ex quo patet & Poetas antiqui
ores esse:& illis tibicines subseruire solitos vt magistris.Sed
posterior tempore etiā hoc vitiatum est.Quare aptissime phe
recrates ille comicus Atheniēsis qui Alexandrum regem in
exercitu est secutus:introducit musicam & persona & nomine
poeseos:q̄ muliebri ornatu & corpore verberibus cęso ac la-
cero contumelię causam quęrenti iusticię ita respondet. Audi
re postq̄ cupis ego q; dicere.dicam nec audiam malorū princi
pium.Melamppides fuit vel in primis mihi duodecim qui me
remissiorem iners laxam q; neruis vnus efficit miseram. ¶Et
ne longior sim fortasse quam ratio cōuiuij videatur requirere
vt apud eundem Pherecratē poesis loquitur:securus post Me
lampidem est Cinesias Atheniensis q̄ etiam impietatis crimi
ne famosus musicam fecit deteriorem & harmonijs flexibus
delicatius additis.Hinc phrynis in quinque harmonias:duo-
decim cōstituit:Deinde Timothęus milesius malorū cumulū
addidit musicę neruis omniū prim⁹ vndecim vsus.Et hęc oia
apud eundem poetam.Nam Aristophanes Philippi filius qui
tetrametrū a nōnullis & octametrum inuenisse dicitur.Philo-
xenē cōmemorat modulos induxisse in circulares choros ob
id q; quā oīs superiores decus musicę grauitatemque pristinā
magis vitiasse.Possem et q̄ ab Aristoxeno musico eodemque

phylosopho in hãc nouã & effęminatã musicã referunt:& alia quędã nõ inutilia pcurrere:ni vererer quod Metell⁹ antea monuit iam prope adesse:qui Rembaldũ accersat ad principem. Quare de musicis si videtur nũc satis:nisi aliter fortasse Rembaldus senserit. Cuperẽ me hercule sermonẽ istũ audire omnẽ qui & pulcher est & minime vsitatus. Sed quoniam meus mihi puer renũciauit principẽ nostrũ iã canasse:operęprecium puto: vt sermonis quod relinquitur in aliud cõmodius tẽpus differatur. Nõ longe enim abesse nũcius põt qui me accersat ad principem. Reliquũ est vt quã sępissime vna simus.quo p. istiusmodi cõmẽtationes efficiamur nõ modo eruditiores:sed etiã meliores. videtis enim quot sint hominum insidię. quot fraudes. Quotũquẽq; inuenias qui virtuti studeat:qui vera gloria delectetur? Alij opibus inhiãt:cumlãdiq; numis & dies animi cruciantur & noctes. Nec quicq̃ omnino est quod modo se fore locupletiores sperẽt:ni munus per omne facinoris nefas aggrediantur. Hinc est q̃ quottidie videmus & furta & peculatus & expilationes & sacrilegia. hinc circũscriptiões:hinc doli: hinc nefaria veneficia:hinc rapinę:hinc mille vel fallẽdi vel violãdi genera manãt. Alij vt sunt inepti ac leues elati ambitione per omnẽ effrenatã animi cupiditatẽ atque impetũ ruẽtes cũ cunctis superiores volũt humilimis etiã inferiores reperiũtur: quo in genere hi mihi maxime videtur errare qui regũ & principũ bñficio magnis quibuspiã honoribus fuerint magistratibusq; potiti. Ignorãtes hi quidẽ aptissimũ illd artaxerxis generi orũtis dictũ:ita regũ amicos nũc totũ posse nũc aũt minimũ.quẽadmodũ numeratorũ digito nũc decies millenaria:nũc vnitatẽ ponere solere. Nõnulli pulchritudie sua q̃dã insolẽtes' formę pstantiã cęteris bonis oibus anteponũt:qui siquidẽ intelligerant quã fragili bono breuiq; cõfidũt nõ quę incute sed quę intus est:venustatem ac decorem admirarentur'. Illudq; secum ipsi creberri no sermõe vsurparent quod nõ de hippollyto quopiam magisq̃ de omni adolescẽtia quę huiuscemodi bono floreat quã verissime cecinit M. anneus Seneca: Raris forma viris (sęcula prospice) Impunita fuit. Nam qui vires ostẽtãt suas et corporis robore exultãt quãtũ aut gladiatoribus aut sica-

rijs prestēt: nō itelligo. Preterea licet iis cogitare aut Anicis
Homerici aut milonis. Crotoniatę illi⁹ exitū (Et vt sūmatim lo
quar) nihil esse video neque in corporis nec in fortunę bonis
cuius sibi quisq̄ polliceri vel stabilitatē: vel diuturnitatē queat.
Itaq; si volumus (sicuti certe volumus) & solidis & trāquillis &
egregijs quibusdam diuitijs abundare: quas nec Iouis ira nec
ignis nec poterit ferrū nec edax abolere vetustas: si quam tan
tope sequimur laudē gloriā honorē consequi cupimus: si & for
mosi perpetuo esse robustiq; instituimus: si quicquid aut ma-
gnū aut pręclarū vel haberi vel dici pōt: vendicare nobis ser-
uareq; studemus: vnā virtutis prestātiā atq; splēdorē ante ocu-
los ponamus oportet. Cuius quidē vel ipse mirabilis aspectus
diuinusque vultus in tantū nos sui amorē cōcitabit: vt vi in ea
cōtēplanda fęlices futuri sumus. Quare nō possum eos nō ve-
hementissime detestari: qui aliud nihil quā de flagitio: quā de
scelere cogitāt: diesq; & noctes p omnē animi i potētiā furoreq;
cōsumūt. At totius immortalitatis obliti: quos corpe dūtaxat
natura ipsa genuerat: se animo quoq; mortalis faciūt. Quē em
sanctū: quē innocētē: quē bonū virū repias? Alij vt sunt impru-
dētes ac proterui per omnē immanitatē in facinus se pcipitāt
Nihilq; nisi vi ac viribus vt sunt omniū supbissimi adipisci vo
lunt. Alij quidē versutiores occultiorisque ingenij perinde at-
que odiose quędā molesteque vulpeculę oia dolo malo atque p-
fidia moliūtur. Flagitiosos alios: alios obscęnos aspicias. Sed
cū oīs improbitas odio habēda sit & admodū execranda: tum
eo4 maxime qui cū maxime studēt homines haberi quo4 sanę
p magnū circūquaque nūe4 videmus: efferatę sunt & pniciosis
simę quędā belluę. Nā proh deū atque hominū fidē: eo prorsus
miserię infęlicitatisque ventū est. vt nūc si depositū nō inficiet
amicus. Sed reddat veterē cū tota erugine follē. Prodigiosa fi-
des, & thusci s digna tabellis. Quęq; coronata lustrari debeat
agna. Et vsque adeo vitio4 omniū pestis inuasit: inualuit: irro
borauit vt sapiētię & bonitatis nomē obscuritatē ac dedecus
afferre vulgo existimetur. Itaque secundū eūdē poetā egregiā
sanctūque vi4 si cerno bimēbri/hoc monstrū puero & mirāti
iam sub aratro: piscibus inuētis: & foetę cōpo mulę. Quę post

eaq̃ modestissime locutus est inquit Aenicus optie Rẽbaldus consulit: qui nos ad virtutis decus maiestatẽque hortatur. Q đ vt faciamus: nostra etiã sponte incitati esse pronique debem⁹: si qdẽ fęlicitatis nos magis quã miserię pricipes fieri cupim⁹ At interim dũ mensę tollunt: scire Pilicio ex te velim: quod Rẽ baldus mõ a Iuuenale scriptũ quasi miraculũ ꝓtulit: quid causę esse putes: cur mulę steriles sint/ Id em̃ in obscuriore quadã na turę sciẽtia abditũ atque reconditũ arbitror. Rẽ inquit. Pilicio recte iudicas. Est em̃ naturalis quędã causa: quare nõ cõcipiãt mulę. Nã si Agrigentino Empedocli credimus id ob eã rẽ acci dit: quod matrix & pua sit & humilis & angusta & in vtero na turaliter deorsum versa/ adeo vt in eã semen quoniã ostiũ non pateat obuiã: iaci rectũ nequeat: quo si etiã casu iaciat ea tamẽ illius capax nõ sit. Q uã quidẽ sententiã diocles confirmat: qui ait se vsu vidisse sępe eiusmodi mularꝫ matrices in illis cæsis. Subditque easdẽ quoque esse causas steriliũ mulierũ. Ad quæ subridens Ferufinus quid de mulis dicemus inquit: qui instru mẽta oĩa natura habẽt dimidio quã opus sit in oẽs ptes mirabi liora: Nã muli oẽs infęcũdi sunt. At muloꝝ semen ꝓpterea in quit Pilicio infęcundũ philosophi putãt quoniam tenuius sit ac frigidius. Q uãobrẽ viri quoque senio confecti ac iam naturali illo gignẽdi calore vigoreque destituti: infęcundi redduntur. Tũ Thebaldus siqdẽ ea sẽtẽtia vera est quã Ferufinus attulit cũ de infęcũditate viri sermo haberet: futurũ vereor vt quãplu rimos huiusce nostrę tẽpestatis homines rudior posteritas mu los fuisse opinetur. Q uibus vix dictis mensisque iam sublatis scitus quispiã adolescẽs cęnaculi hostiũ ingressus te Rembal de inquit ad se princeps accersit Propera igit quantum licet. Nam iãdudũ cęnauit. Q uibus auditis illico surrexerũt omnes Actisque citro vltroque gratijs & Rembaldus ad principẽ: & reliqui ad sua quisque munera maturarũt.

¶ Finis Primi. Sequitur secũdus liber.

¶Francisci Philelphi. Ad Thomã Thebaldum Mediolanensem. Conuiuium Secundum.

¶Collocutores. Triulcius. Thebaldus. Aloysius. Coradinus. Torellus. Guarnerius. Tertius. Axeretus. Muzanus. Lancellotus. Franchinus.

Qua quadã optima illustriq; fortuna video cõtigisse Thoma Thebalde: vt Mediolani hoc tempore cõuiuia celebrari more quodã maiorũ cęperint: quibus ea essent apposita obsonia: quę multa magis animi & eruditionis: q̃ corporis illecebrarũq; delicias prę se ferrent. Nam qui curiosius corpori student: id efficiunt: vt & illius simul & animi vim atq; elegantiam omnẽ vitieur. Sed qui animi sese quã corporis memores maluere: non potuerũt hi nõ vtriq; prospicere tum saluberrim e tum pulcherrime. Pręterea quid aut turpius aut fędius: quã q̃ Poggiũ bam balionem Ethruscũ istũ intẽperantẽ scurrã facere solitũ audimus vel insanius se cibo ingurgitare: vel diluuio potus obruere. Quid vero humanę dignitati cõuenientius quid aptius / qd formosius q̃ id prestare: vt a pecudũ natura q̃longissime distemus: vt eñ eę sensu & agũtur & rapiũtur ad pabulũ ac potum: quibus ipsis incolumes tueanẽ se ab interitu: quo animus simul corpusq; deletur. Ita homo (quẽ ratio inferioribus cęteris animãtibus & regẽ pręfecit & dñm) mentis ductu atque imperio cunctis in rebus aut intelligendis aut obeundis sic vtitur ac fruitur: vt non obscure aliud quiddam corpore prestantius atque immortalius ꝓpositũ habere curareq; videaẽ. Itaque sapientes & graues viri: quoniã se penitus ꝑspexerint: animum colere perinde atq; diuinã quandã hominis partem omni studio industriaq; cõtendũt. Id aũt facientes corpori etiã quãop time consulũt. quippe quod ipsa temperãtiæ lege ac bono non seruatur solũ: sed augetur mirifice. Nam qui facetum prudentemq; sermonẽ de rebus ingenuis & auditione dignis inter cęnandũ miscẽt ac fouẽt: nõ possunt nõ esse & cibo temperãtes & potu. Qua quidẽ vna rcali animũ q̃ ignorat: is mihi animũ ha=

bere nõ videtur. Sed vt animi merore marcescit etiã corpus:
ex quo merorẽ noiatũ puto. ita ab illius tranquillitate securi=
tas omnis manat in corpus. Intẽperãtis eñi hois mentẽ(quę ip
sius animi veluti sensus est)pręmi epularũ mole & agitari flu=
ctibus ꝓcellisq; potitãdi. nemo est: sui compos qui ignorat. Id
aũt quantã etiã corpeis mẽbris iacturã afferat: discere quotti
die licet ex vulgo. Verũ dum temperantiã laudo: nescio quo
pacto sum ab instituto delapsus longius. Quare vt vnde deflu=
xerat: oratio nr̃a refluat. Nõ possum fortunã tuã Thoma The=
balde nõ probare: cũ in alijs pluribus rebus: tum in hisce tri=
bus cõuiuijs: quibus deinceps superioribus modo diebus per
pulchre & famma tua cum laude interfuisti. Primo apud Ioan=
nem Antoniũ. Rẽbaldũ modestissimũ & humanissimũ virũ: al=
tero quod in pręsentia nobis versatur in manibus apud Aaras
mũ triulciũ hominẽ magnum & sapientẽ: tertio vero apud An
dream Biragũ virum sane splendidissimũ: ac nullius virtutis
inopẽ: cuius suauitatẽ ac magnificentiã alio deinde volumine
fortasse complectemur. Nunc enim cuiusmodi fuerit triulcij cę
na: eodẽ sum prope ordine ꝓsecutus: quo hesternã illam: qua &
te virũ ornatissimũ & alios familiares honorificentissime Rẽ
baldus exceperat. Nam cum senatores nouẽ vniuersos habe=
ret. Triulcius in hortis cõuiuas: tuq; missus a diuo pricipe nr̃o
archani quippiã relaturus in senatum: ad eos quo diuerterant
venisses. Essesq; seorsum cũ ijsdem pro rei pondere plusculũ
diei quę rettuleras cõmẽtatus. vbi rediturus in atcẽ iam esses:
ac te triulcius vt ipse quoq; apud se cęnares: verbis plurib9 cõ=
miter inuitasset: tandẽ posteaq̃ te difficiliorẽ ad obsequendum
videt ita rursus modice aggreditur.

Descriptio.

FAcies tu quidem Thebalde cũ hisce patribus cõ
scriptis. tum etiam mihi rem ad modũ periucun=
dam: si apud nos cęnaueris: quãdoquidem & otij
quippiam(quod raro solet)nũc tibi contigit: & cæ
nandi tempus iam nõ ianuam solum ac fores sed
et postes itrauit & hostia. Facerẽ sane inquit Thebaldus Aras
me triulci quod & patribus video tibiq; gratũ esse. Sed vt scis

nobis otium nunq̃ datur.Nam frequẽtes persępe inter cęnãdũ veniũt:qui nos accersant ad principẽ. Solentq; eius rei gratia vel e medio somno excitare. itaque mihi quęso ignoscite.Tum Aloysius crottus.Nolimequidem meliores tibi cõditiones dari quã mihi.Scis enim in eodem me quoque versari ludo. Nec tamen volui triulcio minus reliquisque conuiuis morem gerere:pręsertim cum eo sit ingenio clementissimus princeps noster vt gaudeat aliquando nos animi labore tantisper relaxari dum veluti recreemur reficiamurque. At quid multis corradinus inquit est opus/vel rogatus apud nos cęna vel coactus vi: nisi fortassis idcirco nos fugis:quoniã putes nullos apud nos fore:qui(quod hesterna cęna tibi apud Ioannem Antoniũ Rebaldum audio contigisse)tuas aures cãtu sonoque demulceãt. Sed intelliges falli te opinione tua.Nã si minus nobis aut psalrium aut lira futura est/aderunt tamen qui & tubis vtantur et tibijs & ita certe vtantur vt in sono ipso per omnem conueniẽtię musicę dignitatẽ eos suauissime etiã cecinisse sis dicturus. Tum exhilarata facie leni cum risu Thebaldus me inquit Corradine et vi vincis & argumentis.faciam quod iubes ea in lege:vt mihi patronus sis apud pricipem si quid forte succẽseat. Ne dubites inquit corradinus.Ego enim si quid opus fuerit: pro te prestabo. Verum heus tu si quid eris alieni conflaueris: ipse dissoluito.Nam patronum me non sponsorem in tua causa polliceor.Modo ne pręuariceris ille subdidit:vt libet agito. Sed inter hęc:cęnaculi pręfectus cum monuisset iamdudum eẽ discumbendi tempus:tubicinesq; ac tibicines continuo in hęc verba per alternas sonorum vices exorsi sunt.

¶Magnanimi proceres diui pars maxim nostri
Principis:ęthereos quos inclita fama sub axes
Extulit:ad mensas tandem discumbere pictis
Matnrate thoris:epulis simul addite dextras.
¶Incipe belligeri dux o fortissime Martis
Guido foreile fide magnus & obsequio:
Consilio pollens animo memorandus et hasta
Primus prima pater pergæ sedere loca.

Tu quoq; fulmineo genitore creatus othene
Vndiq; qui latium potuit lustrare trophęis
Tertius: ipse tibi sedem vir magne secundã
Selige: qui nulli es merita ꝑ laude secundus.
¶At tu quẽ Genuę dec⁹ armipotẽtis & astrũ
Posteritas nunquã longa silere queat
Blasi sume locum: nõ quẽ metuere triumphi
Ingentes. sed quẽ numen & hora tulit.
¶Hic duo gentiles pariter discumbite lęti
Tu Frãchine virũ simul: optim⁹: optim⁹ & tu
Guarneri. titulis pariter redimitus vterque.
¶Atque pari ꝓbitate vigens & iuris & ęqui
Crotte pater superis Aloisi carus: & alto
Culmine virtutis vndique conspicuus.
Fratrem sume pium: lauteq; accigere mẽsę
Cumque soles hilaris indue iam faciem.
Corradine fidem cuius per dura philippus
Tempora sub dubijs reb⁹ regniq; rebellis
Fluctib⁹ expertus: pulchro isigniuit honore:
Enage quam malis merit⁹ tibi delige sedẽ.
¶Qui dulci grauitate vales Maffee vł ipas
Demulcere feras: flectere saxa loquens:
Quem per mille tibi casus virtusq; decusq;
Constituere locũ vir cape magne tuum
¶Iunior annoꝝ Thoma Thebalde rotatu
Sed ꝓbitate senex: qua te sup alta locauit
Sydera laudis honos: epulis accũbe: tuisque
Ingenuis salibus mẽsam dictisq; serena
¶Qñquidẽ primus q nulli pace vel armis
Cedis Arasme viro: discubuisse fugis
Vltim⁹ ad mẽsam tãdem cõcede Triulci.
Cuius nulla decus sęcla tacere queant.
Itaq; vbi singłi quõ illi ordie cõsedissẽt: iidẽ
rursus mutato modulo nũeros ad hmõi vers
ba deinceps simul accommodarunt.
Hic est anguigeri principis inclytus

Ordo qui patribus conſpicuis nouem
Aequa iuſticiam lance merentibus
Expendens tribuit munera fortibus.
Nec quenq̄ patitur iuris & ordinis
Immunem fieri.proſpicit omnibus.
Nec falli didicit:fallere neſcius.
Si nobis igitur grata canentibus
Detur pro meritis:menſa parabitur.
Nunq̄ ſtoicidis poneret aridam
Zeno vel Samius ruſticior magis
Sed quā quiſq̄ ſibi non inopem velit.
¶Sunt qui laudibus ad ſydera maximis
Tollant pauperiē:quā tamen abdicant:
Cum ſe diuitijs omnibus vndique
Stipant:philoſophos propterea vocant
Fęlices:quoniam pauperiem colant.
Cur non ergo tibi quod ſimulas:bonum
Fallax:pauperibus cum licet omnibus
Eſſe:amplecteris:& rurſus o omnium
Fallaciſſime:qui tollis inanibus
Verbis pauperiem:cur tibi purpuram
Optas & varijs pondera poculi
Gemmis aſſyrij:& cornipedem ferum
Quali vel macedo prefferat Indiam
Aut caſtor potuit currere cylaro:
Nobis non petimus grandia munera
Non fuluam pateram:non roſeos thoros
Didonis ſonipes nullus:& omnibus
Miratus Danais vndiq̄ baltheus
Quo vates perijt curribus inſidens
Additis ſolium:funditus obrutus.
Non Aegyptiacę pellicis vnio
Non Croeſi petitur non melior Midę.
Theſaurus phrygię regis & arbitri:
Sed quantum volucris temporibus ſatis
Erit vitę dubijs:aſſidui doli
Queſtorum cruciant nos inopes nimis.

Non recte canitur:cum stomachus riget
Cum mentem miserę solicitant vagam
Curę:nec placidam dat requiem cibus.
Quantū quisque suo vel modicum appetens
Deberi genio nouerit impotens.

¶Qui quidē vbi iā cęnātibus illis cōticuissent: Tibi Arasme inquit Guido Torellus isti canunt nō nobis:quos habes apud te cōuiuas. Nam omnes sumus in regno tuo. Itaq3 recte feceris:si tu/his quoque actibijs consulueris:quo sonant us canāt Ad quę surridens Guarnerius Castellio non Arasmo Torelle inquit canitur:sed nobis poti9.quos (quantū interpretari mihi videor) hi vel insimulāt vel incusant.quoniā minus equam mercedē suo muneri publico:p nos cōsultū querantur. Et ne id fortassis iniuria. Nā cū cęteris in rebus liberalitas diui principis nostris:vel magnidecētia potius veluti eluceat in minimis:nescio quo pacto tanquā obscuratur id qd nobis vitio dandum est:q eius laudem in hac re negligimus: oēs intelligunt. Nemo eñ est q nesciat philippum mariā anglum cū alijs permultis ingentibusque virtutibus prestare cunctis mortalibus tum vel in primis magnidecētia. Nam quantū alij mereantur accipere ita metiri solet:vt nihil tam decere quā magna cōferre magnū & excellentē virum ac principē existimet. Itaq3 non iniuria illud Antigoni regis dictū in Thrasillū cynicum ridet aliquāndo. Cum eñ dragmā trasillus ab eo petijsset respondit At hoc dare nō est regis. Cunq3 ille subdidisset ergo da mihi talentū. excepit eadem argutia antigonus: at id accipere non est cynici. Quare nequaq̄ omnino recte fortassis eā q̄ nostrę fidei ,puincia mandata est neq3 ,p dignitate principis nrī gerimus. Nā & in quos parū cōferendū sit:multū:& i quos multum nō modo parū cōferim9:sed ita cōferimus vt id tandē sero quā tulūcunq3 est:qd certe perparū esse solet:& claudum oē & mutilatū ,pbeatur. An inquit Torellus parū tibi videtur cōstitutū aūt tibi cinū labori/nequaq̄: Nā & hi & alij huiusmodi permulti:quo⁊ opera vel minime necessaria est:vel contemnanda. habent dimidio etiā plus q̄ debeut. Quo fit:vt dicere etiam non ausus familiaris meus quispiam cōsueuerit:si optionem obla

tam videat: malle se aut venatoriū canem: aut accipitrem apd nos degere: quā vel philosophum vel poetā. nam ijs qm̄ in rapina versentur: esse affatim omnia publicitus parata: quę non solum ad victus: sed etiā ad vitę cultus elegantiā pertinēt. Sapientię vero & bonarū artiū studiosos tum premi inopia tum cōtemni. Q ua eñ mente: quo animo magnos ac prestantis viros esse putemus: quibus nō modo nihil pro dignitate tribuit verum etiā minimū illud qđ constitutū habent nunq̄ exigunt sine fœnore? Q uę quā sunt aliena a principis nostri magnidecentia ipsi cōsideremus. Tum surridens Torellus qđ mirū inquit: si philosophus philosophos tueatur? de quibus quid sentiā postea dixero. Verū nouū mihi quoddā verbū videris vsurpare: qđ ante hac audiui nūquā. Q uid eñ vocas magnidecentiam. Si te ipsum Torelle volueris: ii prçclaras ac prope singulaires virtutes tuas expendere: quid ego magnidecentiam vocem: facile cognosces. Tum ille omitte de me Guarneri: quem quāti facias omnes intelligunt: & ad id modo qđ quçrebaī: accede. Q uid magnidecētiā esse vis? Est inquit magnidecentia mediocritas quedā in re pecuniaria circa magnos sumptus ac magnas largitiones: quę sanę nō paruos deceāt: neque mediocris: sed magnos & amplissimos viros: huius autem extrema duo sunt: quę vitij locum tenent: alterū vrgens in parum delectio: quam Grçci quoniam non magnos: sed paruos deceat. Micropreplan Hoc est parui decentiam nominant. Alterū excedens in nimis vendicatio: quam ijdem tum Banausian tum Salaconian tum Apirocalian nōnunq̄ vocant. Nam & sordidi opifices & inopes fastuosi & ij omnes qui rerum pulcherrimarum rudes atque imperiti inani ducuntur gloria vendicationi studentes. videri quam esse magnidecentes volūt. Itaque magnidecentia dicta est vt grçci Megaloprepia a decenti quapiā dignaque magnitudine. Iure aūt hmōi habitus laudaī: quippe qui ne quāq̄ in quauis actione selectioneque versef. sed in sumptus magnitudine pro decoro. Q uod eñ decet: ornamēto est. Non aūt qui que sumptus. ornamentū afferunt: sed maximi cū & tēpestiui sunt & pro dignitate fiunt: quales in nuptijs in natalibus: & in claris excipiēdis hospitibus fieri solent. Nam qui

calonibus ac lixis congiariũ prebet:& zonariis sese lanariisq; ostentat:nõ is magnidecentię laudari:sed vendicationis sum ptuositatisque notari expetit.Qui vero in hmõi decoro digni tatisque ratione se paruũ gerit.is mihi deiectus quispiã videa tur.Admitto equidẽ guarneri torellus inquit quam de magni= decentia descriptionem affers.Neque tam verbi nouitate mo ueor quam delector dignitate rei quam certe decere magnos viros in sumptus erogandique magnitudine:in egregiis qui= busdam inusitatisque munerrbus ac largitionibus nõ possum non ꝓbare.Verũ si quis nõ Philippus maria non magnꝰquis= piam vir:at idem aut mediocribus:aut etiã tenuissimis facul= tatibus fuerit:qua hunc virtute niti ad huiusmodi laudem exi= stimemus:quandoquidẽ magnidecentia nequit? Facilis ẽ To= relle vel istiusmodi hominibus gradus ad nominis claritatẽ. Nãm qui magnificis sumptibus esse magnidecentes nequeũt: at liberales certe mediocribus ac suis queunt.Istam aũt libe= ralitatẽ:ille subdidit:cuiusmõi esse vis? Et hęc itẽ inquit Guar nerius circa pecunias sumptusue versatur.Prodigalitatis eñ est & auaricię mediocritas.Nã qui pecuniis recuperãdis pre= ter decoꝝ gaudet:earũ vero amissione vehementius dolet at= que affligitur:hũc nimirum auarum (quippe q auri sit aut ęris auidus) & appellamus & ducimus.Sed cũ minus gaudet:tum minus etiam dolet:quã opus sit:& dici prodigus & existimari solet:hoc.vt opinor.noie idcirco appellatus:quod suaꝝ rerum consumptor quispiam sit. Qui aũt in his vtrisque gerit se: vt oportet:liberalitatis sibi nomẽ vendicat:qm̃ liber sit neq; de= fectui parens nec excessui.Et tuam istã de vtraque virtute di= structionẽ:& quę attulisti extrema:& quodque sigillatim: non possum non probare.Verũ tu plane qđ ego quoq; antea iudicu bam cũ dixissem me:postea dicturũ qđ de philosopis sentirẽ: facileque tuo sermone cõfirmasti.Et quidnã? panthoedas in= quã Lacedemonius cum i academia philosophi & multa simul seriaque differerent:ac deinde ab iis interrogaretur qđ eius= modi sibi verba viderentur.Quidnam aliud respondit: quam studio digna? Ceterum habentia vtilitatis nihil. Habet pro= fecto inquit Guarnerius eam vtilitatem philosophia:qua nihil

est neq; vtilius nec prestãtius nec melius. Non nulli medicinã admirant:& eius primos inuẽtores diuinis honoribus cõsecratos volũt:qm illius artis diligẽtia multo ante caueri possit ne bona valitudo amittat:deinde quę adest queq; pręsens est: ne inbecillior fiat eiusdẽ obseruatione facile prestat. Sin autẽ amissa fortasse fuerit:vt recuperet:eadẽ ipa itidẽ curat. Quod si corporis medicinã tanti facimus:quãti philosophia sit faciũda quę vna sanitatẽ animi & ꝑseruat & cõseruat & curat? Nec ea solũ ociosis viris hoc est igenuis & vrbanis sed impatorib⁹ quoq; ac ac belli ducibus colẽda est plurimũ:oportet inq̃ impatorẽ ac ducẽ vel esse philosophum vel vti philosophis:si quid nõ temere sed cõsilio:si quid memoratu dignum facturi sunt. Ad quę Nicolaus tertius ridens At ista inquit ratione nullus est hodie impator:nullus dux. verũ hęc mihi nõ dicũtur sed cũ alijs qbusdã. tũ Guidoni huic & Blasio quorũ vterq; post tot ac tantas res splẽdidissime gestas (quoniã philosophiã neuter didicerit) nõ erat expers rerũ bellicarũ laudibus. Scio equidem inquit Guarnerius & Blasiũ & Guidonẽ. eas res. terra marique gessisse. quas nulla vnq̃ obliuio capiet. Te vero ad paternã gloriã p magnũ item attulisse splendorẽ nõ sum nescius. verũ hoc mihi facile sitis cõcessuri:neminẽ vestrũ quicq̃ esse vel cõsecutũ. vel molitũ temere. nihil ipruđẽter nihil p libidinẽ: nihil per animi impotẽtiã. Sed oĩa cõsilio & prudentia vos gessisse: omnia cõstãti solertique ratione nunq̃ (vt opinor) negabitis. Tum Nicolaus:hic nos Blasi argumẽtis superat:proinde si qd habes. ad res validius quod cõtra afferas. ipse iam descẽde in aciem. Quid nã iubes inquit Axeretus. vt cõtra vos pugnam ineam. Imo sane Guerneri & Torellum & Tertium tecum iocatos puta. Nunq̃ eñ rem vllã grauiorẽ obiuimus. quin aut Aristotelem aut Platonẽ aliquẽ nobiscũ haberemus:e cuius fonte vel ad belli vel ad pacis negocia pręcepta hauriremus. An putas vel Nicolaũ hunc tam multas res pręclarasque gessisse vel Guidonem Neapolim tanta sua cũ laude recupasse aut me Caietam formidabili illa nauali pugna tam iminenti periculo liberasse sine summi alicuius philosophi pręceptis & tanq̃ auspicijs? Certe philosophi vnius summi eiusdemq; grauissimi

institutis semp ductuq; vsi sumus Philippi huius Marię angli cuius sapiētia tanta est.tanta ingenij vis.tāta iuicti animi magnitudo:tātus splendor:tātū robur vt nō a philosophis edoct⁹: sed docuisse philosophos & vnus philosophiā primus oīm pe perisse aut ꝑtam aluisse educasse ornasseq; videatur. Nā si qua fortassis(& ea quidē ꝑtenuis)philosophia fuit añ hęc tpa:eiusmodi certe cēsenda est vt corpus haberet sed sanguinē & aīam nō haberet.Erat eñ & infirma & nugatoria qua ipa re factum est vt nō vnū philosophię principiū sed scholę plures ꝓferant. Sed hic sapientissimus princeps noster totus est philosophus et verę cuiusdā philosophię auctor ac parens. Nā & speculatr res altissimas ac diuinas cū mirabili quadā intelligētia:& quęque agēda sunt ad rationis oīa refert imperiū.& cū in his oīb⁹ quę moris virtutes sunt pro mediocritate ꝑturbationis cęteris mortalibus antecellit:tum iusticia deus mihi aliqs videt existimandus.Nec tam quęrit q̄ iubet philosophia quā & agit et facit.quo fit vt illud Eudamide dictū de se nunq̄ vereri queat. Is enim:cum vidisset aliquādo in academia Xenocratem iam seniorē qui cū familiaribus disputaret interrogauit q nā is senex esset.Cui cū respondisset quispiā eum esse & sapiētem virum & ex illorū numero qui virtutem quęrerent. Respōdit nō insulse.Et quando inquiens ea vtatur si quidem nūc quęrit? Et magnū certe est scire philosophiā:sed mlto mea snia & maius est et illustrius & admirabilius quę philosophia iusserit vsu & exercitatiōe cōplecti:ne fortasse phormineos aliqui apud Annibalē videamur hoc est rerū quarū sciam ꝓfitemur impiti ac plane rudes.Et ꝓfecto ridiculus ille mihi videri solet/qui aliquid se nosse profitetur cuius vsum nō teneat nec velit ꝑsertim cum omnis virtutis laus in actione sit posita.Tū Maffeus muzanus excipiens.ꝓfecto inquit Blasi q̄ verissime videris dicere.Et ne a phormione quopiā discedamus idem Eudamidas lacedemonius:Archidiami filius:& Agidis frater cū philosophum audisset qui bonū imperatorem solum sapientē esse dissereret.Oratio quidē subdidit mirabilis est.Sed qui dicit minime credēdus est.Non eñ tubę strepitus cum circūdedit. Verum vtcūque se res habet amādi sunt philosophi & eruditi ho=

mines in primisq; colendi:multa eñi vel scientia ipa afferunt quę & rerũ publicarũ principibus & regibus nõ mediocri sũt ornamẽto.Nam vt reliquos ꝑpe infinitos pretereã quis ignorat quãtũ vel pericli Anaxagoras:vel Dioni Plato vel Italorũ primarijs Pythagoras doctrina ꝑfuerit.Nõne Cato ad Athenodorum ab ipsa militia nauigauit:Nã quod scipio affricanus panetium Rhodiũ illustrẽ ea tẽpestate philosophũ accersiuerit cum ab senatu tertiũ missus esset qui vrbiũ nationũ regumque inspector intuereť.Quis vrbes hominesq; animis qua lege tenerẽtur.acidem quoq; Polibiũ lici filiũ & domi & belli in summo semper honore habuerit & grecę & latinę ostendũt historię ꝑmultũ hic ille.Athenodorus vt senio cõfectus iuuit Octauianũ Augustum.per multum Dion Prusensis Claudium tiberiũ.Per multum Traianũ cęsarem plutarchus cheronẽsis & alij itẽ philosophi ac perdocti homines & imperatores & reges iuuerũt atq; ornarũt.Quę dum muzanus loqueretur Torelli filius ad modum puer celeriore incessu patrem odiens nescio quid insusurrauit.Neq; exaudiri quicqua potuit.nisi quod aliquid nixius orasse videbatur.Et quoniam puer veluti anhelare visus esset. Post hęc inquit Muzanus noli puer incessu vti tam veloci quo et corporis magis sis compos.& grauitatem ab ista vsque ineunte ętate induatis.Quod ille audiens rubore ꝑfusus est respondit q; nihil.Tum pater eum aspiciens nihil ne inquit respondes ad Muzanum:cuius nam similis es:qui verbo vno cõfundaris:Tũ Axeretus quid filiũ torelle ita castigas:quid tor uo puerum vultu aspicis:cum & Aristoteles vt in sene vituperat ita iu pueritia ruborem laudat.Et Cato senior dicere consueuit se longe magis ijs iuuenibus delectari q rubescerẽt quã qui pallescerẽt Tum torellus.At ego neq; ruborẽ ꝓbo in meis nec pallorẽ volo.Nam alter est pene alter castigatiõis indiciũ. Itaq; cupio ab vsq; puero ita sese cõponat filius vt neq; aiaduersione in ipm nec castigatiõe me vti oporteat.Nã qđ velocius incedit quã par sit nõ possum tecum nõ sentire.Sed iã se miliciæ quã a maioribus habet hereditariã accigit.Tamẽ instituẽdus est vt incedat nõ currat.Noli obsecro inqt Lãcelotus bonũ morem quẽ habet natura insitũ peneq; inatũ tuus iste ꝓbus puer

aut inuertere aut deprauare. Equidē si mihi in meis liberis de tur optio puerū malim qui veloci quā qui tardiore vtatur incessu. nam qui festināslus natura pōt, facile etiā moderatius cum volet grauiusque incedat. Id aūt cōtra licere pro arbitratu nō arbitror. Assentior inquit Corradinus tuę isti sententię. nam si mile quippiā quodāmodo in iis animalibus aduerti & quæ aeris dicūtur & quę terrę. Nam quę volāt gradiunt quoq;. Sed q̄ gradiūtur ea nequaq̄ volāt cuius quidē rei eum mecū ipe ratio nem diligentius quęrerem ea se mihi offerebat quę natura nō erat. Quicquid em̄ inferior natura pōt idē etiā superiorem posse quis dubitet. Idem aūt cōtra fieri nō licet. Sed cū volādi vir tus longe sit ambulādi virtute prestantior: eo fit vt quicquid vo lare pōt eidem etiā ambulare licet. sed cōtra fieri nequidq̄ li cet. haud enim quę natura ad gradiēdū instituit eiusmodi ani malia vnq̄ volent. rursus cū quicquid nō simplici quadā est: sed mixta natura & grauius habeat & leuius quidā admixtum: do minent aūt vtrūq; alteris altera / & grauiora leuibus nō formę sed materię dominatu / & formę dominatu leuiora grauibus cū que ipsa materię vis nō volatui sed gressui accōmodata: iccir co sequitur vt cui volādi facultas sit eidē etiā gradiēdi: nō autē contra esse possit. Et vt quiddam fere simile adducam. Nonne cū cāpestre facilius posse arbitremur q̄ facile colliū ac valliū iter faciat qd̄ certe cōtra euenire nequaq̄ opinor. haud em̄ eadem facilitate montiū qua camporum iter puadamus. At ego inquit Guarnerius hac ipsa re vna nō parum abs te dissentio. Nam cāpestre iter modo longius sed magis nos afficit quā nō cāpestre: verbi em̄ causa si diutius nob̄ sit ꝓficiscēdū ꝑ Galliā cisalpinā magis laboremus quā si tantūdem itineris faciamus aut ꝑ piceni aut ꝑ tuscię diuos. ac vallis. Recte tu quidē inquit ille. sed quid si per vtraq; loca singillatim nō longū. aut multorum dierū iter. sed paucorū faciendū sit? Sane secus accidat. Nā breui intinere nos colles & valles reddāt q̄ cāpus lassiores verū quid causę vtraq; in re esse dixerimus. Tum reliquis non tā inscitia q̄ mutua verecūdia tacētibus rursus Guarneri⁹. Et si reliquis inquit sum inferior dicā tamē quid sensero: ne omni no videamur (qm̄ delicatius nos triulcius elegātiusq; accepit)

quę vel viatorib⁹ ac tabellarijs nota sunt ignorasse. Quare qđ cū illis est nobis cōmune nō sum dicturus. Cāpestre iter si longū sit ac perpetuum longe magis fatigare q̄ nō campestre/secus autem vsu venire si breue sit. Verum vtriusq; istiusmodi ꝓpositionis ratio petenda est a philosophis. qui soli inter mortales rerum causas norūt. Et vt de longiore itinere prius loquar omnis diuturnior ac peremior motio maiorem laborē affert q̄ & quę breuior est cū interuallis. Sed iter campestre huiusmodi esse motionis quis dubitet. quādoquidem & continua cū sit et minime intermissa neq; varia aut diuersa: sed eadē ipa sem per quod certe per cliuos ac valles accidere nō potest. Nam locorum inequalitas. variet motū & aliū atq; aliū reddat necesse est. & ita veluti quies quędā interuenit qua ipsa mēbra tanquā reficiūtur ꝓpter mēbrorū mutationē diuersamq; figurā. Et vt res declaratur exēplo idē mihi videtur accidere in ea diuturniore motione quę mouemur non in cāpestri atq; equali sed in itinere inequali in motu equestri solet si puus est. Nam qui parū equitat: idcirco nō laborat qm̄ mēbra illico ꝓmutantur. nec eodem diutius vtūtur situ sed diuerso. Itaq; minus fatigamur. Qđ secus accidat in cāpestri itinere siquidē fuerit longius. Eodē em̄ semp quodāmodo mēbra neq; alio atq; alio vtūt situ. Et ita requiescere quidē possunt. Quinimo istiusmodi mēbroꝝ status q cāpestri longiore illo itinere cōstituit cām efficit cōtinui mēbroꝝ & motus: & laboris. cū in eadē semp figura sint Atqui ne ab equitatione discedā. sum equidē in meipo exptus qui legatus a diuo principe nr̄o aut ad romanos pontifices aut ad reges: ad imparores: ad maximos orbis terrarū priceps amplissimasq; respublicas cū equitarē nō plures modo dies: sed etiā mēses nonnunq̄ cōsueui: cū me tādē cępisset defatigatio aliud mēbrū cōtrahere: aliud relaxare: aliud intēdere: aliud remittere. modo pedes in equi collū extendere. modo etiā ex equo descendens pedester plusculū iter proficiscebar: quo per situs variationē parta mēbris quiete quadā: diminueret labor. Ad hęc nōne vsu videmus diutius. aut sedētes aut etiā cubātes nō mediocri labore premi: qđ certe ipsum nulla alia fit causa q̄ eiusdem membrorū & situs & figurę cōtinuatiōe: motu aut nullo:

aut eo minimo & nō diuerso iteruenière Tum corradinus : ais inquit Guarneri gressus qui fiat. p locos inequalis minus fatigare solere quā qui campestrē regionē puadāt. At cōtra fortasse qbuspiā videt. dicāt em̄ nō solū in illis locis ascēdēdo descēdendoq; nō esse tēpestiuā mēbrorū mutationē(sed poti⁹ subitā interdū ac vehemētē. Eiusdē aūt mutatio vt ipsi Aristoteli placet corpa vitiat. Et Galenus pgamensis medicus nō vulgaris naturā perscribit minime pferre mutationes repentinas. Solent sane inquit Guarnerius plerīq; qd subtiliter obijcis ambigere:verū qd te nō latet res nō est admodū dubia. Nam quib⁹ est iter longius per locos inequalis:eos tamē minus defatigari ea dictat ratio/quod membra aliam sibi semper & aliam figuram comparant. Non autem quod dixeramus situs variatio fatigat sed perseuerantia potius. Quod autem corpus subita mutatione labefectetur vicieturq; natura facile assentiā:modo illa natura quā mutatio induxerit in habitum nō transierit: qd certe sine temporis longitudine vsuq; permulto fieri nō possit Id vero in huiusmodi mutatione quomodo accidat quā nūc sursum nūc deorsum inuicem fieri videamus/Praeterea illa mutatio repentina nō tam in corporis substantiā aut naturam cadit quā in id potius quod affert corpori laborem hoc est in eū mēbrorū situ qui precesserit quem superuenienti situi quo mēbra quiescunt cedere haud est obscurū. Differuisti ad ista tu Guarneri inqt Corradinus & subtiliter sane & elegāter vt semper soles:verū nō de longo itinere quo nunq̄ sum vsus sed de breui aliquo modo ab me sermo est.habitus qua ipsa de re sum id locutus:quod me docuisset experientia:quę prudentiā parere cōsueuit. Nam si mihi sit aliquātulum itineris p campestrem regionem. labore nullo afficior. Ascensio autem & descensio ad tantūdem vsq; itineris me reddere solet lassiorē. vn̄ id fieri putas/Istud sane alia nulla fit causa inquit Guarnerius nisi quod motus neq; magnus est nec diuturnus. Itaq; mēbra tametsi eādem seruāt figurationis imaginē.nō fatigant tn̄. At inequaliū locorū iter ppterea vel breue laborē affert: qm̄ mutatio interuēnit & vehemēs.ea est & diuersa quandoquidē nūc ascēdit nunc descēditur. Id enim sine labore fieri nō potest:quis quies etiā

ro cuius Iliada canunt vulgo ne græcæ quidem intelligentes. Athenienses ac delios maxime diligunt. Idq3 a priscis vsq3 tēporibus. Aiuntq3 nonnullos olim grecos & illustris & magnos ad se traiecisse: ac vota p̄ciosissima soluisse grecis in scripta literis: & eodē modo abarim istū quē modo narrabas descēdisse in greciā. Est aūt ea isula feracissima celoq3 clemētissimo adeo vt quotānis eosdē fruct⁹ bis efferat. Q d aūt ad lunā attinet. Ea per parū prorsus abest a terra & qd ab oibus luce clarius videri pōt eminētias quasdā terrestris in se cōtinet. Tū Guarnerius mirū est axerete qd narras: & ita mirū vt nisi is esses quē noui veritatis grauitatisq3 cultorē nunq̄ induci possem quin crederē iocari te. Imo inquit serio loquor nō ioco. id qd facile compias si ad hyporeos ipos traieceris. Istud quidē facile factu fuerit verū malo q̄ abs te memorātur credere q̄ intelligere: sed scire admodū cupiā quātū ex ijs memineris q̄ aut vidisti aut audisti cuiusmodi sit lunę substātia: quę magnitudo: q̄ figura: Nā hæc ip̄a de sole hesterno cōuiuio apud Rēbaldum disputata audio. Ita est Thebaldus subdidit vt dicis Guarneri. Quare si qd certi de luna axeretus afferre pōt. plibēter ip̄e etiā audierim: Loquar sane r̄ndit Axaret⁹ audita. Nā sole magis soleo q̄ luna ac lunaticis delectari. Sed putāt hypborei lunā esse firmamentū ignitum qd & cāpos cōtineat & montes & vallis. Quantum intelligere possum iquit Thebaldus. Anaxagoras atq3 Democritus vel ad hyporeos cōcesserūt vel hypboreū aliquē audierūt Nā de lunę substātia eadem verba proferunt. Sed quid de heraclito dicemus qui lunā vult esse terrā nebula contentā. Etenim Pythagoras ille samnius lunę corpus esse putat igneę formę: quod etiā Plato videt sentire cū lunā cōstare dicit igni plurimo. At stoici inquit Corradinus lunam & igni & aere mixtā opinanī. Non idē Xenophanes sentit subdidit Lācelotus q eā nubem arbitraī strictā atq3 cōpressam. At michi p̄babili⁹ videtur inquit Guarneri⁹ locutus Anaximander: q lunā voluit esse circulū nonies ac decies maiorē quā terrā/ quēadmodum etiā solis plenū ignis: deficere aūt pro versionibus rotę. Eum eñ circulū similē esse carpēti rotę quę curuaturā habet concauam

& vnā expirationem ignis plenā. Tū Torell⁹ malim ęquidem credere meo Aexereto qui eiusmodi esse voluit lunę substātiā/ vt vrbes quoq; & hoies recipere posse videaī. Sed qd de illius magnitndine dicem⁹. Si velimus inqt Thebaldus sentire cum Claudio ptolomeo viro sane apprime docto & erudito. quātitas totius lunę ambitus/stadia cōplectiī centum ac decem septem ad septuaginta quatuor milia: additis tū vnius stadij passibus octoginta vno aut paulo minus. Loquere inquit muzanus vt soles apertius/quo quantū sit id paulo minus omnes intelligāt. Stadium inquit Thebaldus continere volumus passus centum vigintiq; Est enim totius miliaris octaua pars. Quare si parti as/stadium in partes decem & septem: acceptis ex eo numero par tibus cum habes tanto minus vno & octogita passib⁹ quos dicebam: quātū tibi reliquū sit vbi diuidas passum vnū in ptes quod modo ponebam decem ac septem/detur enim tibi ad tu um numerum partes quindecim. Itaq; ad integrum passum par tes desint duę. Recte tu quidē Muzanus inquit de lunę magni tudie mihi videris loqui. Est enim luna nō mō quā solverū etiā q̄ terra longe minor id quod ex diametro facile patet Diameter enim solis/terrę diametrum continet quinquies ac semis. Terrę autē diameter cōtinet/ Lunę diametrū ter additis etiā quintis duobus. Qua proportione haud dubie intelligi potest Lunę diametrū contineri a solis diametro decies & octies additis etiā septēdecimis. Quanq̄ sunt qui aliter sentiant. Sane est vt dicis iqt Axeret⁹. Nā stoici hyphoreos secutilunā dicūt maiorē quā terrā vt etiam solē. Immo inquit Muzan⁹ pbat par menides eleates lunam soli magnitudine respondere/ab eoq; lucem capere. Sed quod inquit Tertius afferunt vestri isti vel philosophi vel Astronomi de figura lunæ. Num hij etiam in tenebris ambulant. Stoici inquit Thebaldus ponunt lunam or orbidularem vt solem. Ad Empedocles inquit Aloisius eam similem disci asseuerat. Sed Heraclitus inquit Corradinus facit lunam representare figuram scaphæ. Isti omnes inquit Guarnerius quid plus certi afferrent quam hi qui eam argumē tantur Cylindri habere imaginem non intelligo. Verum quę lu nam dicūt capere a sole lucē & Parmenides & Thales minime

sentiunt cū Anaximandro & Antiphonte: quoꝝ alter ꝓpriā lu
nę voluit lucē esse/ quāuis eā quodāmodo rariorem: sed Anti=
phon Atheniēsis cognomēto Logomagirus fulgore proprio lu
nā splēdere putat. quē vero illius pars latet eā obscurari acces=
su atq; appulsu solis vt pote q̄d ignis valētior ignē imbecilliorē
facile obscuret. Id quod in aliis quoq; astris vsu venire aiaduer
timus. Nō displicet istiusmodi rationes inquit Axeretus. Verū
acutior mihi Heraclitus visus est qui soli ac lunę lucē vel lumē
accidere voluit. Ait enim eiusmodi astra quoniā sint instar sca
phę. suscipiantq; humidas exhalationes. his apparentib⁹ vltro
lucem capere. Solē vero idcirco esse splendidiorē quoniā purio
re in aere ferat. At lunam ꝑpterea videri obscuriorē quia eius
meatus sit per densiorē aerem. ac turbatiorē. Num iste omnia
inquit Guido tam pulchra tāq; opulēta & pretiosa e thesauris
philosophie depromitis. Maxime inquit Guarnerius. Quare
etiam tu sapienter feceris si ad ceteras laudes tuas q̄ & pluri=
mę sunt & maximę hanc quoq; eruditionis & sapientiæ gloriā
adiūxeris. Ego ne tam sero discipul⁹ fiam? An id ętas mea pa=
tiatur/ qui decurso stadio iam calcem propemodū calce terrā.
Viridis tibi Torelle senectus est & acre firmumq; ingeniū. Ita
q; facile possis in philosophia. quod & socrates i musicis. & Ca
to ille senior in gręcis litteris dicitur grauia & p̄clara omnia
non sequi modo. sed etiam consequi. Quod si fortasse publicū
hoc munus quod & primū est & maximū priuato studio te ob=
sequi non permiserit. facito saltē vt filiol⁹ iste tuus qui tui ē om
nimo quā simillimus. nō solū paternę milicię atq; imperij disci
plinā teneat. sed multo magis philosophię: cui ipsi & res mili=
taris supposita est & aliud quicquid vel dici vel cogitari nobile
& gloriosum queat. Faciā sane quod mones in filiū: qn̄quidem
etiam ipse istiusmodi ornamētū vehementissime cupere videt
quippe qui quottidie pergit ad Philelphō audiēdū: multaq; re=
portat q̄ audiens quandoq; soleo certe admirari. Itaq; modice
feram si vel mei sit dissimilimus in istiusmodi disciplinę splen
dore qui mea corporis liniamēta omni ex parte representatur
Verū opportune quesierim vnū hoc accidere Guarneri putes q̄d
alii suoꝝ similes sit: alij vero dissimiles. Nā quāta sit filio huic

meo mecū similitudo videris oēs. Ego quoq; patris dum viueret ita eram similis, vt sola ętas discrimens faceret. Quid multis. Ne vlla fieret dissimilitudo mihi quoq;(quod nolem)podagrā natura dedit cū illo cōmunē & eādē prorsus: Rē inqt Guarnerius Torelle quęris. & pulchrā & a philosophis diu multum que disputatā: & est ꝓfecto res miranda atque digna studio. Videm⁹ eīm quottidie vsu venire/vt alij sunt patrū similes: & id qdē non admodū sępe. Nam paucos genuit similes natura parētis/vt mineruа loquit̄ apud Homerū. Alij matrum. alij itē aliorū. Ad quā quidē rem ipsam: rōnes alię atque alię afferunt: Nā vt ait Parmenides, cū partus dexterā tenet matricis partē/patribus est similis. Sin autē sinistrā, tum matrū habet similitudinem. Empedocles enim similitudines fieri putat ꝑ ea seminis fęcunditate q̄ vehementiorē vim habet/ dissimilitudines vero cū calor seminis extenuatus fuerit. At stoici ꝓbant ex vniuerso & corpore & animo ferri semina. ex quibus similitudies formētur/& quo ad exteriorē corporis statū & figurā: & quo ad vi & naturā interiorē: quēadmodū scilicet pictorē aliquē videam⁹ qui a colorum similitudine similē reddat imaginē rei visę. placetiis enim mulierē quoque iacere semen qd si potentius sit q̄ viri partū matris similē fore. Quod si viri semē maiorē vim habeat: habiturum eum patris similitudinē aut aui etiā/ aliusue alicuius antiquioris longe. Itaque intueri nonnunq̄ licet in quibusdam veluti generatas non corporis solū sed etiā animi virtutes superioꝝ. ac item vicia in alij parētū ipsorum. in alijs eorum maiorū qui plurib⁹ ante sęculis obijssent. Quod de animo inquit Thebaldus in istiusmodi partu Stoici sentiunt Christianus tibi nullus assentiat. At ne quero id qdem: de corpore vero facile tibi assentiendū putē: nisi cōtra fieri in multis videā. Potest vt inquit Guarnerius. aut vsu aut casu fieri nō natura. Nam tum ipsa cōsuetudo nouā quandā naturā inducens & animū nō nunq̄ mutat & corpus. tum etiam casus quispiam naturam ꝓpe omne ad se conuertit. Vt enim docet. Empedocles quod nō parentum sint aliqui: sed aliorū quorūpiam similes: causa esse potest ipsa in concipiendo mulieris imaginatio. Mulieres enim psępe aut imaginibus. aut statuis delectatę sunt easque amarūt.

itaque patr⁹ reddiderit eas pfilis. Nā iidē Stoici mutuas similitudines fieri differūt cogitatiōis consensu p imissis fluxib⁹ ac radijs & non secundū simulacra. Sed ego inqt Corradin⁹ malim credere meo Berna regio qui dicit placuisse doctissimis medicorum. patr⁹ nasci parētū dissimilis/ fortuna quadā ex eousque tempore quando semē & viri & mulieris refrixerit. quis tamē de muliebris iactu seminis pleriq; neq; senserint nec sentiant cū Stoicis: Id quod hesterno apud Rembaldū cōuiuio disputatū est. Quid tādē inquit Lancelot⁹ decretū est. In vtrāque partē inquit Thebaldus. locupletissimorū testiū adductę sentētię. Ita q; decretū omnino nihil. audio tū Poggiū Bābalionē istiusmodi rerū minime ignarū aut iperitū palā asseuerare/ iacere mulieres etiam plusquā viros: id quod vsu aduerterit & in Vagia vxore & in Lucia pellice/ ab quibus multo plus accipere quam eis dare se solitum asserat/esseque mulierib⁹ ęque ac viris testiculos. vel testes potius qui ita intra ianuā ingredientē obseruent vt testes quos vir secū adducit itra vestibulū solent. Quid malū narras arridēs inqt Axeret⁹? Quod neque visum nec auditū nec lectū est vnq; de mulieris testibus nobiscū iocaris? At nolit id quisquā ioco dictū existimare idē tubicen excipiēs subdidit qui ante paulo in dilutum vinū cauillatus est. Nam & vidi & tetigi sępe numero mulierum testes qd siquis factū aut simulatum putet: licet huic (modo velit) piculū facere. Hic autē cū risu cōtinere se nemo posset. inquit Corradin⁹. & qui possit quispiam piculū facere? aut qui tu istiusmodi mōstra vel vidisti vel tetigisti? Doce queso. nō tā nos reliquos quorū ignis iam magna ex parte extinct⁹ est. quā hunc Thebaldū qui officinā vulcano locauit suā. Dicā equidē respōdit ille igenue. Nostris enī me scurā existimari vulgo nō minus q̄ tubicinem/ qppe qui alter Poggius iocis vtar effusiorib⁹/ consueui sane vel per nequitiā vt fit vel qm̄ insidias latebras metuāt inijcere digitos ī barathrū: vbi cōtinuo duo testes occurrūt q̄si velint etiā ipi ita intra postes interesse cōtractui: vt alij ad fores cōsuerūt. Et quo res nihil hr̄et fraudis idē quoq; i solē vider libuit. Itaq; nolit q̄squā existimaī nugari ēt haci re Poggiū si ea dicit q̄ ñ min⁹ vsu quo callidi & prudētes efficiamur quā doctrinę subtilitate cognos

uit. Tum Frāchinus. ab inuentione philosophię rebusq̧ clarissimis in nugas sordesque diuertim⁹. Quare si placet de istis satis supque iā redeat in viā oratio. Noli turberis inquit Franchine Terti⁹. Nā & de inuētione noster habet sermo & seria iocis condiēda sunt. habem⁹ inuētorē vt vides nouę disciplinę: q̄ eiusmodi est vt in philosophię penetralib⁹ cōsederit. Et habemus vt video inuentorē certū. nā reliqua oīa q̄ ad hāc sunt mēsam disputata incerta admodū ac varia esse animaduerto. Hic mihi Lybias cōmemorat. ille Thracas. Alij Phenices placent alij Druidę. Alij Scythę Itali cōcedūt nemi. Gręcia iactat suos. & Indi suos: & alij alios. Aegyptij q̄tū itelligere possū se cęteris oib⁹ volūt antiqores nō huiusmodi inuētiōe solū sed etiam ortu hominū. At qd de magis dicem⁹. Thebaldus inquit: Num hij huiusmodi inuentionē alteri cuiq̄ cōcesserint: quos ait Aristoteles anteire Egyptios vetustate. Magi eñ psarum philosophi duo posuere principia & bonū & malum & numē. Illud Oromazam quo noīe Iupiter significatur: hoc Arimanium quē eundem esse quem nos Ditem existimāt. Ita eñ antiquissimus ille Zoroastres bonorū malorūq̧ auctores nominauit: Quos voluit alterum esse deum/ quē rerū sensibiliū luci maxime. alterum vero demona quē tenebris atq̧ ignorantię similem diceret. Inter vtrumq̧ aūt Mythrā eē. Itaq̧ Mithrā q̄ solē significat mediatorem apud persas appellari. Cuius sacrificia q̄ affatim ex hiberi mos erat atq̧ misteria tractare nemini licebat. nisi per quosdā suppliciorȝ grad⁹ ita se prius exercuisset. vt & plane religiosus & nulli dolori obnoxi⁹ videret. Atqui hmōi qnedā Persę de dijs fabulant. volunt Oromazā ex purissima natum luce: eundemq̧ sex genuisse deos. primū beniuolētię. secūdū veritatis/ tertium equitatis Reliquos item numero esse tris. vnū sapientię: alterum diuitiarū: & honestę voluptatis vltimū. At cōtra ex arimanio. quātum ex atra caligine natū tum Gromaze hostem phibent sex itē deos emanasse & cōtrarię naturę. & sex illis aduersos. Adduntq̧ pterea Oromazam vbi ter auxisset sese tm̄ abesse a sole voluisse quātū a terra solē. Ad hęc cęlū astris ornasse & astrū vnū cęteris oibus quasi custodē ac pspectorem Sirium prefecisse. Reliqua vero quattuor ac viginti in deos re

tulisse in vnũq̃ statuisse. Quod vbi effulsisset qui ex Arimanio creati sunt totidem & ipi numero eos metu percitos mala bonis admiscuisse. Fatale etiã tempus fore quo Arimanius pestilentię atque famis auctor necessario per hosce pereat omnino atque intereat. Terra autem omni in campestrẽ ęqualitatẽ redacta/futuram vnã omniũ vitã vnãquę remp. beatorũ hominũ qui neq̃ lingua inter se nec sermone differant. Nam Eudem⁹ Rhodius quoque futurũ ait secundũ Magos vt & reuiuiscãt homines sintque immortales. Opinantur etiam magi vt Theopõpus est grauissimus testis. singillatim deos/annis tribus milibus alios imperare: alios imperium pati/Alios vero trib⁹ milibus eosdem bello pugnaque cõtendere. Et ita fore vt alter alterius res rescindat deficiatque tandẽ Arimani⁹: homines vero fœlices beatosque futuros q̃que nec alimẽtis egeãt nec vmbram faciant. Eũ autẽ qui hec deus molitus sit. tũ quietẽ acturum foreque otiosum tẽpus haud sane multũ. Etenim deũ quẽadmodũ hominẽ modice dormire. Quapropter Magi circa deorũ cultũ in sacrificando & precando versabant. plurimũ. Nã & Oromaze instituit Zoroastres pręciosa quædã dona & eadẽ gratiosa sacrificari oportere. & Arimanio cõtra abominalia & tristia. Nã herbã quandã Omomi appellatã tundentes in mortario infernũ ac tenebras inuocabãt. Quã deinde iugulatę lupę lacti admiscẽtes in locũ opacũ efferebãt iaciebãtque. nãque plantas quoque arbitrant esse alias boni dei alias mali demonis. Et animalia itidẽ. Canes eñ & aues & terrestres Erinacios boni dei: sed aquaticos mali esse. Quare a q̃bus ij necati q̃ plurimi essent: summis illos pinde atque beatos quosdam laudibus efferebant. Vt aũt in re diuina pietatẽ mirifice amplecti videbantur ita non minori cura: iusticię studebant Id quod ex illo Xenophonte socratico singulari sapientię & eloquentię viro in ijs libris intueri licet qui de institutione & disciplina Cyri inscripti sunt: Preterea delectabantur non mediocriter vaticinãdi diuinandique pitia. Ea demũ de ijs fuit apud eruditissimos viros ueterata opinio: vt nõ modo Gymnosophistas: sed etiã iudeos illoꝝ posteritati ascripserint. Essentque vel solo nomine ipsi Persę apud omnes gẽtes venerabiles. At ego inquit

Corradin⁹ persas laudari sapiētię nūq̄ audiui: sed Magos qui Magię atq̧ magicę fraudis auctores ita iter Persas clamerūt: vt et Gymnosophistę iter idos & alij apud alios q̄dā pauci. Verū Corradine secus res habet. Qui eñ apud nr̄os & apud grecos itē Perses nominant: is apd̄ indigenas. Tū magus dicitur: tū Maguseus: Zoroastres enim Magus id est Perses omnium primus astrorum & disciplinę magicę rōnem inuenit quē Ostanes secutus est. Deinde Astranapsycus: qui & de asinorꝫ curatione & de iudicandis interpretandisq̧ somnijs elegātissimos libros scripsit. Vereor eq̄dē Thebalde inquit ille. ne illi omnes libri quos elegātissimos vocas aliud nihil saperēt quā asinos & sōnia. Nā quo pacto tui isti vl Persę vel Magi etiā si Gobryas oīs bazatasq̧ addideris cū Caldeis & philosophię inuētiōe cōtendāt: qui nō de somnijs & asinis sed de oī astrorꝫ motu natura ac ratiōe locuti sunt. Nā tuus ille Zoroastres (qui medicinam in Magiā vertit hoc est corporis morbos in animi vitia) huiusmodi quicq̄ vel repperit vel scripsit: q̄ diu post chaldeorꝫ inuenta nugat⁹ est in Persis: Falleris tu ꝓfecto inquit Thebaldus (quod tua pace dictū velim) Nam & antiquissimus fuit Zoroastres. Floruit eñ Nini regis tēporib⁹ a quo etiam interemptum ꝓdiderūt & summ⁹ fuit Astronom⁹ ac philosophus: quippe qui nō solū eruditionē Magicā (quā ꝓfitent̄ quidē multi tenet autem nemo) primus inuenit. Sed de natura quoq̧ quattuor contexit libros: de gemmis vero lapillisq̧ preciosis librum vnū: Tū de astrorꝫ cōsideratiōe & de effectibus libros quinq̧. Verum quoniā Chaldeū quā Magū malle te mihi admodū videris audire cupio quid memoratu dignū afferre possis de tua ista Chaldaica disciplina. Et si difficilem prouinciam mihi mādas / tamen quoniam iam loqui malim quā cęnare Chaldeorū sapientiam cōpēdio pcurram. Itaq̧ in hunc modum Corradin⁹ cum omnium attentione orsus est. Chaldei qui ex priscis Babiloniis fluxere quātū cęteris omnibus philosophis antiquitate prestant ea res certe argumento est: quod ex quo primū sydera obseruare & res mundanas inquirere specularique cęperunt / ad Alexandri regis transitum in Asiam anni supputantur quadringenta septuaginta tria milia. Tum muzanus. leui cum ris=

fu:ne hoc quidem inquit tacebit Parmeno:Nam quo principio rem aggrederis:Nondũ a mundi creatione habemus annorũ septem milia & tu nobis philosophatos facis Chaldeos tã multo ante q̃ mundus esset:Quasi inquit Corradinus aliquanto debent vetiora censeri quę vel ęgyptij vel Persę de sua sint antiquitate fabulati.q̃ quę Chaldei ex quibus tot prophetę ac tã illustres orti sunt. Ad hęc an ignoras qua tempestate Nebrod ille primus gigas(ex quo reliqui gigãtes geniti sunt) ędificaret turrim/quam memorans ingentẽ illã seu vna quæpiam fuerit eminentior siue tota ipsa turrita Babylon perisse vniuersã hominum linguã:factasq; exvna tam multas.nã ante id temporis litterę nõ fuere.Primũ aũt litterarũ inuentorẽ Abraã fuisse cõcedunt:quem multo post imitatus Moses sacras litteras hebreis tulit:Sunt etiã qui dicãt liguã qua Hebrei eruditius vsi sunt ab eodem quoq; Mose inuẽtam Itaq; si neq; prior lingua relicta est neq; litterę fuerãt qd Hebrei plus certiq̃ sapiẽtissimi Chaldei proferre possint ipsi iudicate.Tum Franchinus quid ais inquit Corradine/gigantes fuisse credis & quod deus voluit eẽ potuisse non credis:Credo equidẽ vtrũq; ęque.nam & gigãtes fuisse super terram sacri testantur libri/& potuisse deum(q ex nihilo fecit oĩa)hoc ex eo quod ante nõ erat reuelare Mosi aut alij cuipiã non modo & quã linguã Adã locutus esset & quæcunq; ante Adã vel ante Chaos quod dicũt fuissent. Verum etiam quęq; in omnem hominũ posteritatẽ futura essent.Sed hęc idcirco locutus sum qm̃ non de veritate contendimus quam solẽ deo exploratã esse contendit Plato: sed opiniones referimus. Reliqua tu quidem recte:sed de gigantibus tecum non sentio Nunquid fortasse negas gigantes fuisse quos non modo poetę totaque gentilitas sed ipse etiam Moses tradidit Et quos nam inquit Franchinus fuisse gigantes opinaris: Quædã hominum monstra ab quibus ita reliqui homines superarent corporis magnitudine:vt a nobis nani.At nõ ita se res habet Corradine.Et quidnã cẽses inquit Corradin9.Sunt inquit Frãchinus tria hominum genera diuersis nata parentibus. Nam alij sunt terrę filij/alij cęli/alij dei/Gigãtes poetę omnes cõcedũt

terra genitos eẽ: quod etiam ipso nomine significaſ. Et recte qdem poetę ac ꝑpe sapienter. Quisquis enim & cęli oblitus & deiterrenis est desiderijs ac pturbationib⁹ dedit⁹: nec alij cuipiam studio se accõmodat nisi vt corporeas voluptates ꝑ oẽm leuitatẽ petulãtiãq; veneſ. Is terrę filius est habend⁹. Sed quot quot bonis actibus: & sciendi cognitioni studẽt: hi cęlo parẽte vtuntur. Nam sola mens in nobis cęlestis est Mens aũt ipsa: & singillatim cęlos omnis & quęcq; in cęlis sunt: & alias summati artes omnis per vim intellect⁹ & ratiõis accutissime inquirit: ac sese ad res intelligibiles pcipiendas hortaſ atq; maxĩo studio exercet. Sed dei filij qcũq; innocentia & sanctimonia ꝑstiterũt sacerdotes ꝓphetęq; habendi sunt. q non mundi se voluerunt sed diuinę ciuitati ascribi ciues. hi eñ sensibilib⁹ oibus declinatis cõtẽptis & ꝓ nihilo habitis mũdũ illũ intelligibilẽ transcribi voluerũt ibiq; habitarũt vbi in commutabili sempiternęq; reipublicę idearum corporũ immortalium ciues ascripti sunt. Et vt rem faciam⁹ exemplo illustriorum Abraam q̃diu apud Chaldeos se continuit & eoꝝ opinionem sectatus est: cũ nõdum Abraam. sed Abrã vocaretur: quippe qui effect⁹ & causas rerum reliquaq; hmõi cõtẽplãs conspicuam ęthereamq; naturam indagaretur non dei erat sed cęli fili⁹. Quare eo est nomine appellatus qđ eius studijs maxime cõgruere. nã cum animus hominis in duas ptes a philosophis distribui soleat: quarum altera habet: altera non habet suapte natura eam mentis vi ac virtutẽ: q̃ & in supioribus ęternisq; ĩtellect⁹. & in hisce inferiorib⁹ atq; mutabilib⁹ ratio nominaſ nulla nos debet cape dubitatio tantũ cõtẽplatiõnẽ ãncellere actõi: quãtũ æternitatẽ tẽpori. vel (vt apti⁹ loq̃r) q̃tũ imortalitatẽ mortalitati. Trãsiuerat sane Abrahã ꝑ omnes virtutũ gradus & quę moris sunt. quę esse qualitatẽ eius animi partis: quę ratione caret ad Eudemũ scribens docet Aristoteles. & q̃ actionis / Speculationis aut virtutes cũ apprime amplecteret in reliquis diu ac multum exercitatus. quod erat sapientię maximũ nondũ perspexerat. Nam in rebus illis superioribus summa veritas de⁹ est q nulli mutabilitati nulli actiõi nulli motui subiacet: Estq; & idẽ semper & ętern⁹ & imortalis. Quaſ qđ erat sapiẽtię maxmũ obiectũ: sine

cuius veritate veri omnino nihil esse põt/non videns debilem quãdã & obscurã veritatẽ/rimatus est in his scilicet q̃ sciẽtiæ potius quã q̃ sapiẽtię sunt versatus:quasi qd etiã Anaxagoram Clazomeniũ cupiã ineptius querenti respondisse ferunt idcir co senatũ mallet q̃ nõ natum:quo & cęlum & totius mundi ordi nem specularetur: cõsiderabat sane mũdũ & q̃ in mundo sunt. Sed in quo sit mundus aut qs eum moderetur ad regat nõ ęque vel inquirebat vel animo volutabat. Quare cum ea scire magis studeret quę necessario stabilitatem seruant:q̃ sapere quis hu=ius stabilitatis eẽt auctor:recte nominat⁹ est Abraam hoc ẽ pa ter conspicuus. Quod ipsum nomẽ menti cõuenire quis ambi=gat:Mens enim conspicua & cęlestia omnia cõsiderat atq̧ spe culatur/mentis autem intellectus: qui ad ętherem vsq̧ ac etiã vlterius ad tertium illud vsq̧ Pauli cęlum tollitur conferẽdi est & connectendi pater Cũ autem accepto bonitatis incremento mutato nomine Abraam dictus est factus est dei filius: secun=dum illud oraculum quod ex ore dei acceperat. Ego sum deus tuus ambula corã me & esto perfectus. Quod si deus vniuersi mundi tum solus est deus:tum ipsius Abrãę pręcipua quadam gratia priuatim deus: cui minus necessariũ videri debet Abra am etiam dei esse. vocatur enim Abraam aut pater electus aut mens. Est enim mens ratiocinatio boni viri. nam mentis intel lectus & electus est & purus & pater vocis. qua vtimur consonantia/huiusmodi vero Abraam perseuerandi constantia desi gnatus est homo dei: cuius sectator effectus totius vitæ dire=xit callere:vsus is quidem regio intellectus itinere/ qui & non absurde rex est & rerum omnium dominus: Et in neutram par tem neq̧ declinauit neq̧ decessit. Sed terrę filij vbi mentem a ratiocinatione abdixissent exportassent transtulissentq̧ cu=curiosius ad torpentem atq̧ ignobilem carnis naturam (facti sunt enim duo in carne vna vt ait Moses)numinum optimũ vi tiarunt & meliore familiari ac suo relicto ordine ad deteriorẽ hostilemq̧ transfugerunt. Cui quidem In fauste infortunatæq̧ rei Nebrod initium dedit. nam vt idem tradit hic cepit esse gi gas super terrã. Nebrod eñ sua nominis iterpretatiõe trãsfu=giũ significat:nõ eñ satis fuit pestifero illi detestabiliq̧ tyrãno

quod(vt erat afflicto atq; imani animo)cū neutris sentiret: sed cōcedens ac iimicos/arma in amicos tulit & aperto Marte ad uersatus eos bello pressit. Itaq; principiū quoq; tyrannidis & rerū earū quas Nebrod iesserat subscribitur Babylon/q̄ transmigratio est idem ipsa quodāmodo significans quod trāsfugiū si nomen ad nomen referas atq; opus operi compares. Nā cuiusq; transfugę initiū est q̄dam mētis atq; sententię mutabilitas. & vt ita dixeri trāspositio. Quo fit vt aptissime dici quęat queādmodū vir mal⁹ secūdū sapientissimū sāctissimūq; Mosen nullā habet certā neq; domū nec vrbem. nec sedem sed plane est exul ac ꝓfugus/ita etiā transfuga nam viro bono nullus est neq; firmior socius nec diuturnior nec melior/quę vbi grauiter Franchinus esset modestissimeq; locutus inquit Lancelotus ꝓfecto duo quędā nō inuitus quęrerē si quod de Chaldeis eloqui Corradinus cęperat absoluisset. sed nolim eius oratiōi impedimēto esse. Immo inquit Corradinus loquere arbitratu tuo dum huic pauoni tā pingui tam lauto in susurro quē caueas moneo. Est enim inimicus stomacho podagrę aūt amicissimus habetq; multo plus pituitę q̄ bilis. Cui dicto cū arrisisset Lācelotus. Scire inqt primū velim quid Corradinus Mosen. Frāchinus aūt Moysen eundē sępe nominat: deinde q̄ causa sit nanorum istiusmodiq; monstroꝝ quandoquidē Gigātes quales dicū tur vulgoq; existimantur nunq̄ fuere. Tum Corradinus pro me tibi Iuuenalis respōdeat. versus eīn viciari nequit. Quidā sortiti metuentem sabbata patrē. Nil pręter nubes & cęli numen adorāt. Nec distare putant humana carne Suillam. Qua pater abstinuit. mox & pręputa ponunt. Romanas aūt soliti contemnere leges. Iudaicum ediscunt & seruant ac metuunt ius tradidit Archano quodcunq; volumine Moses Quod Franchinus cum audisset malim inquit vasis electionis(quę aliud nihil esse arbitror q̄ corda electorum/in sancta ecclesia ea enim vel secū dum Augustinum sunt vasa regalia)quā vel iuuenali vł alij cuipiam ex oī gētilitate aut poetę aut philosopho credere Oēs eīn quotquot apud nos sunt q se christianos quā alienos maluerūt nō Mosen dyssilabū sed Moysen trissilabū protulere. Tū Axeretus. Equidem dicam quod sentio: vel potius quod sępissime

cum Alexandriȩ degerem audiui nõ ab ijs solũ qui publici ba iuli aquam vẽditant: sed vulgo ab omnib⁹. Mos eñ ab omnib⁹ aqua nominabat. Inde autẽ Mosen dictũ arbitror quoniãvt no stis ex aqua sublat⁹ sit/ quo eitiã nomine appellat ab ęgyptijs omnibus. Sed hac de re satis videt. Nã quod Lãcelotus nõ intempestiue quęsierat de Nanis & hominũ mõstris id sentio sci tu vtilius: quãquam ego quã libentissime audierim qđ Frãchinus cũ de mẽte loqueret nõ ab re meminit tertiũ pauli cœlum quid id tandẽ quod de se rapto asseruit Paulus ostendere voluerit. vel fositan occultare potius? Nam & scire se dicit hominem in christo qui ante annos quattuordecim id quod siue in corpore siue extra corpus factũ fuerit & se nescire intulit & deũ scire qui inquam huiusmodi homo raptus sit ac tertiũ vsq; cęlũ? Subditq; rursus eundẽ huiusmodi hominẽ raptũ ad Paradisum. Sed de illis primum Si corradino placet disserẽdũ arbitror postea vero de hisce quę sunt fidei. Tum Corradinus: non ero molestus. Letor enim ꝓlixitate sermõis ꝓ cęnę prolixitate ad pauonis vsq; caudam. Tum loquente nemine sed partim cęnantibus partim ad audiendum se actentos significantibus inquit Thebaldus/ de hominum sane monstris loquar ipse audita. nã cum aliquando negotij priuati gratia Florentiã adolescensior concessissem/ natus infans dicebatur vno corpore sed duobus capitibus. quare cum res in religionẽ traheret Leonard⁹ Aretinus vir mea sententia non minus eruditus q̃ eloquens disputabat id natura fieri nõ miraculo. Dicebat enim Empedoclis Agrigentini sententiã esse ꝓtus fieri monstrosos. aut quia plus fuerit: aut quia minus seminis q̃ oportuerat aut ab ipso motionis pricipio/ aut ab ea quę in partes plures diuisio seminis facta sit aut ab ipsa declinati õe. Referebat item Stiaconis illius physici. qui & Theophrastum audierat & Ptolomeũ Philadelphum docuerat opinionẽ. qua probare videret eiusmodi monstra accidere solere vel quia semini itẽ additum semen esset vel quia facta diminutio/ vel quoniã ex vno in alterũ locũ eiusmodi semẽ mutatũ esset. vel ob inductũ spiritũ: huic respondebat Laurentius pratensis & medic⁹ & philosoph⁹ in p̃mis illustris qui tam etsi eas singillati sentẽtias minime improbaret vt lau

daret poti⁹: aiebat tñ alia quędã sentire medicos qui id accide re dicerent ob versam matricẽ spũ interceptam. At ego inquit Corradinus credere malim Antonio bernaregio qui nõ solum & medicina & philosophia clarus:sed astronimus etiã ꝓpe singularis. Nã cũ supioribus diebus apud me cęnaret ĩcidissetq́ sermo quid esset causę cur partus/alij pr̃is/alij matris/alij nõ parẽtũ:sed alioꝝ quorũpiã siẽs essent/nascerenẽq́ mõstruosi nõnulli aut nani ac pene pygmei aut longiores & vasti aut alij itẽ aliter. posteaq̃ de siĩtudine attulit & dissimilitudine rõnes easdẽ fere q̃ modo narratę sunt. ita de mõstris locutus ẽ. materiã ipsam mõstroꝝ esse causam q̃plurimi & medici & philosophi cõsentiũt. Nam & quãtitas requirĩ in materia & qualitas at animantibus mẽstruũ est materia: q̃ si aut excesserit aut defecerit quãtitate: aut etiã habuerit qualitatẽ q̃ aliena sit a natura: mõstra ꝓducat necesse est. hinc videm⁹ nanos fieri: hinc hoĩes vastiores: hinc pluribus aut paucioribus mẽbris natos: hinc etiã mixtas formas ac figuras & hoĩe et bestia. Sed magna vis ac prima (mihi credite) in syderib⁹ sita est: quoꝝ in fluxus nõ in corpora solũ: sed in aĩos etiã nr̃os vim & ĩperiũ habent. Eteni quosdã esse gradus placet Alchabitio in quibus si luna sit dũ aliquis cõcipiẽ seuij gradus fuerint vel in eius ascẽdẽte vł in figurę cęli principalibus locis: partus exps vitij nũq̃ sit. Istiusmodi aũt gradus eẽ dicebat in thauro q̃dẽ sextum. octauũ. nonũ. decimũ. In cancro aũt septimũ. nonũ. In Leone vero decimũ nonũ. vigesimũ secundũ. vigesimũ octauũ. Sed in Scorpione nonum ac. vigesimũ octauũ. At in Sagittario & septimũ & octauũ & vigesimũ & trigesimũ. In Capricorno quoque tertiũ: sextũ. vigesimũ scđm. Sed ĩ Aquario. & decimũ octauũ. & decimũ nonũ. Itaq́ cõcludebat fatali quadã stellarũ fieri rõne. Idq́ vel maxime vt & tales essemus & tãti. Cũq́ duo essent obiecta/alterũ de geminis qui eadẽ cõstellatione & cõcepti & nati dispibus sint tñ oĩno moribus: ingenio: totiusque vitę cursu atq́ euẽtu: id q̃d de Esau ꝓbatur & Iacob cui⁹ ipsi⁹ sequẽtis manus pedẽ ancedẽtis Esau sic teneret: vt duo nascẽtes vnus quodãmodo infans viderenẽ. alterũ de Ethrusco infante illo q̃ ꝓximis annis natus reliqua quidẽ haberet hoĩs:

ſed & caput & ceruicē & brachia ac itē vocē nō hois ſed muli. De infante inquit Thebaldus.quid ille rīſerit neſcio.Sed qd ego fuiſſem rīſurus.tēpeſtiue occurrit.Quid nā inquit Corradinus.Certe inquit Thebaldus qd Periandro Thales.qui vbi in illius armento vidiſſet beſtiolā ex equa natā cuius & caput et ceruix & reliqua ad manus vſq; pueri eſſent ac vagitus quoq;:cęterę vero corporis ptes equū repſentarēt. Ego te ſurridens inquit Periander moneo.vt aut equarų paſtoribus vti nolis:aut illis vtare vxoratis.Satis eſt inquit Corradinus.dictū puta iſtuc:iiſq; ne Franchinū offendas:etſi muli nō gignūt ob eas rationes quas heſterno veſtro cōuiuio prolatas audio:mutaret forte cū natura naturā Poggianus mulus.verū Bernaregius petiuit ex aſtris ratiōnē cū in ſignis quoq; & aſtris vis q̄dā gignēdi mōſtri ineſſe potuit.id qd vr̄ p Sagittariū oñdebat qui cum biformis ſit:nō eſſe mirandū dicebat: ſi & geminos animo difformes & eiuſmodi infantē corpe produxiſſet: q̄uis etiā ipe cū de infante loqueretur neſcio quid ſubdubitare & ad poſtremū veluti clanculū ſurridere viſus fuerit. Sed quā inquit Muzanus ratiōnē afferri poſſe cēſemus de nanis:quorum plures reliquis ptibus corpis quātitate cōmuni ac plane iuſta femoribus ſunt & cruribus breuiores/aliqui vero ſecus. Nā ac lumbus ac pedes cōmunis hominis longitudinē habent ptes vero ſupiores q̄ breuiſſimas. Tum cogitantibus cęteris Equidē inquit Thebaldus.Quid aſtronomis placeat ignoro. ipſi viderint qui oīa ſubiici ſyderibus putāt:an etiā iſtiuſmodi nanorū differētię conſtellationibus dandę ſint. Ego em aliud cauſę eſſe puto quod fortaſſis efferem ſi apud ęguales mihi & nō in ſenatu habēdus ſermo foret.Tū Axeretus at dices Meſdiuffidius audacter qd ſenſeris.ſi quidē voles. Sin id minus/ dicturus tū es vel inuitus.Nulla queſtiōe eſt opus Thebaldus reſpondit nullo tortore dicā enim Axerete qd iuſſeris q̄q̄ vereor ineptitudinis crimē.Nunq̄ inquit Axeretus ineptus iudiceris ſi ea dicas que auditoribus placēt.preſertimq; i cōuiuio vbi Repueraſcere nōnunq̄ datur.Caue modo quoad poſſis ne quid obſcœnum habeat oratio.Quod ſi minus potueris:liber

esto in loquēdo nō minus q̄ Liber/quādoquidem nulla mulier adest ad mensam. Et Torelli filius paululū secedet si iusseris Immo inquit Thebaldus vt liber intersit.nam decorum serua bit oratio. Nolim tamē interea loci liberū (hoc est Dionysiū) id circo sic nominatū existimemus.quia libertatē loquēdi pre stet.nā interdū eam quoq; intercepit: sed alia quadā ratione. Et qua tandē inquit Axeretus. Num ea fortasse qua vsum ac= cępimus Heraclidem ponticum? Quam ille attulit narra si li bet.' modo ne sis nescius me liberum dicere eundem illum quem gręci vocant. Lysion. A verbo. Lyin qđ est soluere. Qua si mihi sermo gręcus inquit Axeretus minus q̄ tibi sit cogni= tus:hūc item istum Lysiū gręci quē dicūt:latine liberū cogno minari volo:siquidem soluere liberare quoq; significat? Bene est igitur de nomine inter nos conuenit. Sed quę fuit Heracli dis sententia? ait is quidē inquit Axeretus Boetios a tracib⁹ captos vbi fugissent ad Throphoniū essentq; p somnum ab eo cōmonefacti habituros se Dionysiū auxilio. Mox fecisse illos impetum in Thracas qui ebrietati studerēt. ob quam ipsam pu gnam bellū inter eos solutū esse/ob idq; tēplū cōstitutū a Boe tijs Dionysi Lysij:& si tamē placet Aristophani ita esse appel latum quoniā Thebani vitē a narijs liberarint. At ego inquit Thebaldus libētius senserim cū Francisco barbaro homine Veneto ac patricio eodēq;(quod omnes norūt)viro & sapiētis= simo & in primis eloquentissimo / qui dicit videri Plutarcho Chęronēsi.ac itē/sibi Dionysiū cognominari Lysiū ex sapien tia. Itaq; neminē mirari oportet.si idē sibi cognomētum apud Indos quoq; vel meruerit vel seruarit: quādo quidē pręceptis acrōnibus sapiētię & laborantē ęgrotūq; exercitū pestilētiæ morbo soluerat & salutaria pmulta atq; pulcherrima inuenta pepererat:quibus hūanū genus maximis incōmodis libera= uit. At ego inquit Axeretus nō possum nō pbare Leonardi Iu stiniani sentētiā:qui & ipse vir Patricius est ac venetus &(qđ vestrū preterit neminē)singulari doctrina & eloquētia pditus Ait eñ ppterea illū appellari libe℞ q̄m vinū cuius reptor fue rit hoīes curis liberet:quā ipam rē. Iuuenalis mihi sensisse vi

ſus eſt cũ in.C.mariũ quẽ L.Sylla vicerat cauillatus ait Exul ab octaua Marius bibit &fruit/dis[Iratis.Tũ Corradinus iſta ſi videt de bacchanalib⁹:hactenus:redi ad rẽ Thebalde Et qd de nanis aut didiceris aut inueneris tãdẽ expone.modo memineris inueniri etiã aliud quoddã tertiũ nanorũ genus.eorũ qui vtriq; & qd ſupra clunes eſt & qd infra quã breuiſſimi ſint. Recte mones inquit Thebaldus quis ex duobus illis tertium quoq; iſtud cognoſci queat.Age inquit igitur Corradinus.Affer nobis.Nanorum cauſas. Nanorũ breuitatẽ ſeminis fieri paucitate philoſophi ipſi cõcedũt.At ego paucitatẽ illã ſi caſu fit nõ natura diminutionẽ voco/quę ſi fiat ad ipſi⁹ iactus principiũ:nõ aũt ad exitum habes hominẽ ſupra clunes puſillum. ſed infra lõgiorẽ.Sin aũt i exitu ſolũ diminutio facta ſit.breuitatẽ inferiores ptes:ſed ſupiores ſuã lõgitudinẽ ſeruabũt.Q d ſi vterq; ęque & exitus & pricipiũ diminutionẽ patiatur pygmeum ſis aliquem habiturus.Tum Muzanus cuiuſmodi Thebalde diminutionẽ ſeminis vocas.Non enim quod velis aſſequor cogitatu.Itidem ſane loquor.vt ſi ex aliquo aut dolio aut cado vinũ hauriatur i cirneã:fiatq; iepta quadã hauriẽtis feſtinatione vt quoniam aut Lentius ad cadũ admota aut properãtius a cado amota cirnea fuerit.aut quia in vtroq; erratũ. vinũ quod ab cirnea oportuerat a ſterili humo excipiat.Ad qd quidẽ dictũ cũ riſum eſſet Certe inquit Muzan⁹ cõuerſus ad Aloiſiũ ſenib⁹ nobis ad ſcholã eſt redeũdũ qñquidẽ eſſe pmulta video quę adhuc ignoremus.Tum Aloiſius artẽ diſcere forſitan liceat.Sed periculũ facere hoc eſt ex arte agere:ſiquidẽ doliũ vino vacet:nõ ęque liceat.Verũ q̃ Thebaldus de diminutione locutus eſt iis accidere puto vt ab ſimilitudine nõ diſcedẽ qui vł vini ſunt auidiores vł delectant furto.Nã in vtroq; feſtinat ſed quid dicemus vt de naturali paucitate ſemis omittã cuius eandẽ eſſe oportet quã diminutionis.Vtcũq; ſit/rõnem.Q uid inquam dicemus cũ nulla diminutio fit & tamẽ alii longiuſculi atq; graciles alii breuiores naſcunt & latiores/neutri tamen a cõmuni & vſitata hoim mẽſura diſcedunt. Philoſophi inquit Guarnerius qui occulta oia ſummo ſtudio indagantur demonſtrãt foetus quantitatẽ reſpondere tum fęcũdi ſeminis tũ ma=

tricis etiam quantitati. si eñ eiusmodi semen in eam matricē acceptumque & ipse fæcunditati accōmodata sit porrigat. flu= atq́ longius: fœtus etiā ipse & lōgius fit & gracilis necesse est. Secus aūt erit sit in latitudinem diffluxerit aut se quasi in ro= tam cōtraxerit. potest tñ vterq́ fœtus ꝑ seminis vi: & gracili= or esse & habitior. Probabilia sunt iquit Frāchin⁹ q̄ audio Ve= rū hęc illi duntaxat pespicua esse puto: q cęlū habitat vbi occul tū esse nihil potest: Q đ ais inquit Muzan⁹. Si cœlū dictū est qa cęlet atq́ abscondat q dicis ilic occultum eē nihil. Primū haud oēs id tibi assentiant. inqt Franchinus qđ cœlū a cęlando hoc est tegēdo occultandoq́ dicat. Inueniat eñ apud optimos grā maticos cœlū duxisse nomē a cęlio. Id aūt ferramēti genus ap= pellant vulgo tū cęlionē: Tū scalpellū. Inde eñ cœlū veteres no minarunt qđ queādmodū argētarii vas aliqđ cęlāt. i. designan do incidūt atq́ insculpūt: ita summus ille rex oium artifex suū insignire voluerit domiciliū impressis luminibus syderū. Q đ aūt a cęlio dicat cœlū/ ea rōne ꝑbant qđ vtrūq́ p dipthongum scribi soleat. Nā si aliūde descēdat nō possit dipthongū cęlum admittere. Nā qđ aliqui græcas literas ꝓfitentes illax ęque at q́ suax rudes cœlū acceptū velint a grĕco nomine qđ ex Chi= gon. quasi cōuexū sit aut cōcauū nō aduertunt. si ita sit p oe cœ lum scribendū esse/ qđ neq́ fictū neq́ pictū vsq́ in omnē vetu= state iuenias. Sed hos ego magis tolerādos existimarē( si quod .M. Terētio placuisse accepim⁹) a cauo cœlū nō a grĕco noie re petissent. Atq lōge malim cū his sentire: q hoc nomē ductū ve= lint ab cęlando nō qm̄ supna illa atq́ inuisibilia qđ idocti putāt cęlet abscondatq́ nobis: sed qđ cęlata & abdita oia: in cœlo pa teant reuelantur videant q́ ꝑspicuę. Q uā ipsam grĕci sententiā vt mea fert opinio secuti cœlū appellāt. Vranon. a vidēdo qđ est. To. orama. Ac ne obstet quidē qđ cœlū dipthonget: verbū aūt vñ manat dipthōgo careat qñq́ gdē qđ Priscian⁹ ostēdit. e. quę apud grĕcos est e longa. plerisq́ apđ nos in ae dipthongū versam inuenimus vt scæna cæna aliaq́ ꝑmulta: cur eñ magis liceat in alienis id facere quā in nr̄is/ ꝑsertim cū syllabę quāti tas non mutet. Sētio equidē tecū inquit Aexeret⁹: qđ eo facili⁹ adducor vt faciā quo de tertio pauli cœlo quod iā exciderat ac

item de paradiso q̃ aut tu aut alij sentiũt in mediũ tandẽ ꝓdeant. Nã de his paulo ante quęsitũ fuit. Tũ ille tẽpestiue quidem Axerete & vtiliter meministi. Res eñ quęrit non vulgaris sed quę oĩbus debeat auditu esse ꝑgrata atq; ꝑiocunda: & quõ quisq; quod habet liberaliter etiã ipse in mediũ cõferat. qd ego vt de triplici ordine cœlorũ vel de paradiso tenẽdũ putẽ aperiam paucis. Sed de cęlis primũ hos sane paul⁹ ꝓprijs ac suis significationibus ante declarat cũ ait. vẽturũ se ad visiones ac reuelationes quibus ipsis duobus noĩbus cõplecti mihi videtur & quos gręcis. Vranis. & quos nostri significare idẽ volentes cœlos vocant. Bis aũt raptũ eẽ paulũ: & epistola ipsa ad Corinthios ostendit & confirmat Ambrosius tũ ad tertiũ cœlũ tũ ad paradisum. Nã & sụpna illa omnia gradibus suis cõtẽplatus est: & qui est eiusmodi cõtemplationis effectus summa illa est voluptate ꝑfusus. Eos aũt tris cœlos existimo distinguendos pro tribus Hierarchijs quas theologi nominãt vt inferior Hierarchia angelorũ archangelorũ virtutũq; sit. Proxima vero principatum potestatũ dominationũ. At superior hierarchia sit thronorũ sit cherubin sit seraphim. Nec eñ cuiq̃ dubiũ esse oportet qui supremã hierarchiam tenẽt eos veluti ꝑ maiorẽ quendã fulgentissimis splendoris lucẽ videre deũ: ac deinde lumẽ in illos transfundere quibus media hierarchia concessa est: hos vero deinceps lumen eadẽ serie in tertios demittere hierarchias Itaq; raptũ puto paulũ apostolum ad tertium vsque cœlum quo ita deum diuinamue essentiã in sua illa triũphali splendidissimaque gloria perspicue videret ac cęteris deum sequentibus diuinę sapientię lumen traderet vt tronis ipsis vt cherubin & seraphin diuino munere est permissum. Nã paradisum nostrorum laboꝝ oĩum quibus diuina & instituta & p̃cepta secuti sumus / fructũ maximum esse duco. Id aũt aliud nihil est quã summum quoddam & sempiternum gaudium. Tũ excipiẽs Aloisi⁹ Et si Franchinus inquit sapienter omnia ac non vt opinor interpretatus est tamen non absurde fortassis eiusmodi rapt⁹ intelligat secundũ triplicẽ rerũ visarũ distinctionẽ. vt primũ cœlũ ꝓpinquius nobis vocat corpoꝝ cęlestiũ cognitio. secũdũ vero cęlestiũ spirituũ cognitio. Tertiũ aũt supcęlestiũ personarũ in

trinitate cognitio. Ad tertiũ igiť vsque cœlũ. paul⁹ raptus est: quod aliud significare nihil puto q̃ ad ipsius vsq; diuinę eẽntię visionẽ. Nã quod ad paradisum rursus sit raptus id existimo ꝓ ea interpretandũ animi trãquillitate atq; securitate quã greci. Euthimi an. nominant. Perpulchre certe inquit Corradinus & Franchinus mihi & Aloisi⁹ dicere visus est. Verũ si omnes hij cęli quos apostolus nõ temere tris nũero est cõplexus ad toti⁹ trinitatis cognitionẽ visionẽq; referanť nõ inepte factũ iudica rim. illic eñ videre liceat & spũm sctm̃ & filiũ & patrem. At qd paradisum. Corradine. Muzanus inqt iterpretaris. ꝑsertim cũ is multipliciter dici soleat. Nã & icreata beatitudo creataq; no minatur. Et ecclesia vel militãs vel etiã triumphãs. paradisus diciť. Ad hęc tũ gratia diuina tũ cõscientię puritas paradisi ap pellatione cõtineť. nũ igiť hoꝝ quicq̃ ad eiusmodi raptũ accõ modes? nequaq̃. nã paradisum. voluptatis locũ eẽ volo. Scriptũ eñ. Plantauerat dñs deus paradisum voluptatis. Et quæ ad pa radisum & q̃ ad cœlos adducis nõ possũ non ꝓbare. Muzanus subdidit q̃uis nõ in cõcinna ea mihi videať interpretatio si il liusmodi tris cœlos ad tris illas virtutes retulerimus quę ĩ ore semp theologis versari cõsueuerũt fidẽ/spẽ/charitatẽ/q̃ antea subtiliter inquit Guarnerius & elegãter exposita eiusmodi eẽ statuo. vt non veri solum similia. sed ꝓpemodũ vera censeã sin gillatim omnia quid tñ veniat mihi in mentẽ ꝑstringam bre uibus. Omniũ primum illud ꝓbatur mihi ita paulum raptũ eẽ vt animo ab corpore minime separato eius supra se spũs tolle reť/triplicẽ enim in animo esse vim prisci philosophi voluere. vegetatiuã q̃ corpori vitã & incremẽtũ affert. Sensitiuã. q̃ cor pus mouet atq; sensum afficit/mẽtalẽ qua & ratiocinať animus & intelligit. In eiusmodi aũt raptu animus pauli quo ad alendi augẽdiq; vi. corp⁹ viuificat. sed a sẽsu motuq; mẽbroꝝ oĩno erat abstract⁹. Mẽs vero ipa eousq; erat eleuata quo attolli sua pote rat possibilitas. Atq; hũanę mẽtis possibilitatẽ triplicẽ eã arbi tror. Intelligere eñ põt. tũ ea q̃ sunt infra se posita vt corporea queq; p formas suas: tũ sese suiq; similia vt angelos: & etiã illa q̃ supra se sunt. vt diuinã essẽtiã diuinasq; ꝑsonas. Et vltimę q̃ dẽ huiusce cognitionis triplex est grad⁹. nã res diuinas cogno

scit animus tũ naturę cognitiõe:id qđ & Pythagorã & Platonẽ & alios plerosq̧ e gẽtilitate philosophos assecutos aduertim⁹ Tũ fidei vt philosophi christiani q̃ diu viuunt. Tũ multo etiam clarius & pfectius glorię vt sapientes & sancti viri in illa cœlesti patria diuinã essentiã & cognoscũt & vidẽt. ad hunc igit̃vsq̧ gradum animus pauli sublat⁹ est. Sic eñ qđ de tertio cœlo dicit esse interpretor. Quãq̃ inqt Axeretus dubij mihi nihil relictũ est/quomin⁹ videar que & ad pauli cœlos & ad paradisum attinent intelligere. ita sunt oĩa diligenter & explicata & cõfirmata. quid tñ ex eodẽ Leonardo iustiniano qui his de rebus aliqñ cum hoc ipso Francisco barbaro cõmẽtaret̃ venetijs cum esset audierim:cõpẽdio referã mõ. Tertio huic grauis non sim. Mihi ne grauis excipit Tertius: Immo sane iucundissim⁹. Quid eñ rebus istiusmodi eẽ mihi possit auditu suauius Itaq̧ loq̃re tuo arbitratu. Nã sermo tuus nõ mõ me nõ offendit sed etiam mirum immodũ delectat. Verũ iustud fortasse tibi in mentẽ venit:qm̃ mõ submissa voce dixissẽ ad Torellũ/nũc aexeretus tertiũ triumphat:quasi nõ minorẽ quodammodo voluptatẽ huius elegãtis magnificique cõuiuij varius sermo & erudit⁹tibi afferat q̃ duo illi pulcherrimi maximique triũphi quos ãnis superioribus imortali tua cũ gloria reportasti. Delectat me certe Nicolae vrbana hęc & p grauis cõmẽtatio vt dictis. Idemque tibi etiam accidisse non dubito Noui eñ animi tui & magnitudinẽ & virtutẽ qui nihil infimũ/nihil humile/nihil vulgare libenter admittas. Rebus autem memoratu dagnis plurimũ delecteris Itaque si me triumphare dixeris hoc est summo gaudio exultã q tã graui tam inusitato tã docto & ppolito sermone intersum minime tua te opinio falsum habeat Idemque tibi accidere arbitror. Tũ tertius:haud falso arbitraris. Verum ne quod cœperas interpellatione mea impediatur. perge si libet vt quod orsus erat absoluas:modo illud etiam scias videri mihi. istiusmodi tris cœlos esse intelligẽdũ scđm triplicẽ celorũ distinctionẽ. vt ij scilicet corporei sunt & triplices. Est eñ primũ aereũ:de quo dr̃. Et in ipo volucres cœli. Scđm sidereũ(qđ est siderũ firmamẽtũ)Moses ab deo vocatũ tradit. Tertiũ aũt eo esse appellatũ empyreũ putãt. nõ quia calidũ aut igneũ sed qa splẽdidis-

simũ sit. In hoc eñ beatorũ sedes est posita:itaq͂ꝫ spiritale etiã dici solet quoniã spirituũ locus sit.& in is quidẽ corporeus:vnde idem Moses. In principio creauit deus cęlũ ad qd̃ ideo se Paulus raptũ dicit:quia deũ viderit p̱ essentiã vt illic manifestissime videt. verũ expediã qd̃ cęperã. Cũq͂ꝫ dicturus Axeret⁹ iam esset q̃ Venetijs audisse ex Leonardo Iustiniano iam dixerat. Inquit Thebaldus Narrabis tu quidẽ Axerete Iustiniani sentẽtiã & de tertio cęlo & de paradiso. nam ego qui p̱ idẽ quoque tẽpus & Venetias adolescẽtior diuertissem & isti eruditissimorũ hominũ disputationi interfuissem quid Barbaro itẽ videret deinceps breuissime exponã. Verũ priusq͂ rẽ aggrediare. ne quid aut incerti aut ambigui habeat sermo noster quoad eius scilicet fieri possit/doce si videt aut tu quispiã ali⁹ vñ triũphus sit dictus. Id eñ excõmemoratione istius verbi mihi propterea venit in mẽtẽ. quoniã plęrosq͂ꝫ aduerterim qui ĩ triũpho scribẽdo.t. primę literę aspirationẽ nõ addãt. Pauci vero quidã ornati grecis literis th aspirẽt. vtrũ obseruãdũ existimem⁹. Ego inquit Axeret⁹ sentio cũ trãquillo qui triũphũ noiatũ putat a triptito honorãtiũ iudicio & exercitus & senatus populi. Qd̃ si ita sit ea prima litera nequaq̃ aspirationẽ sua natura patitur tria eñ tam apud gręcos q̃ apud latinos si aspiratione careat ternariũ significat numerũ:at. Phoni. Vocẽ quod vocib⁹ suffragia redderẽtur triũphaturis. At ego inquit Guarnerius malim Priscianũ sequi:cui triũphum descẽdisse placet ab gręconoie. Id eñ est. Thriambos. Hoc aũt dictũ alij putãt a poetico furore quẽ. Thrasin. Vocãt & iambo. Iamicis eñ versibus primũ vsi sunt in liberũ:cũ eius de India triũphãtis currus a tigribus traheret. Alij deducũt nomẽ ab Ficulneis frondibus quæ vocantur. Tria. Et iambo quẽ dicebamus. Etenim ficus dedicata est libero/cuius folijs ante personarum vsum qui cauillari in triumphantem vellent facies velabant/quo liberius liceret cauillis per iambos vti:huiusmmodi enim tetametris vtebantur. Et id quidem haud absurde. Nam quemadmodum Iambus ex breui constat atque longa syllaba ita cauillatio & eiusmodi cõtumelia hũili orta tenuiq͂ꝫ pricipio mox tollit atq͂ꝫ augescit. vñ. Iambixin. cauillari cõuitiariq͂ꝫ appellãt

Ad hęc Triambus nomē est liberi/dictus quasi triambus quoniā super. Tiria. quę fere dicūtur id est leones. Be Bichen. hoc est ascēdit. Quid multis? vndecūq; Triambum dixerimus primā syllabā aspiremus necesse est: nisi forsitan dixerimus aspirationis mutationē factā a prima i vltimā syllabā: vt & Th. aspirata littera in tenuē suā T. &. B. quę dicit mediai ph mutata sit cum nequaq̄ dubitari queat sonātius eam dictionē enunciari si vtrūq; aspiretur. Itaq; dilucide cognosci pōt plus vsum in hoc nomine valuisse quā rationem. Profecto inquit. Torellus cōuersus ad tertiū. Guarnerius hic Tertius nihil esse puto qd̄ ignoret. Vides enim quāmulta/quāq; egregia explicauit quę nobis erant incognita. Sed vnum fuerat qd̄ nō inuitus audissem cum de ignis inuentione modo locutus est quā in Vulcanū retulit. Hic Tertius cōiectis oculis in Guarneriū Recte inquit Guarneri Torellus monuit. Itaq; loquere (nisi molestum est) quonā modo inuenti. huius tam nobilis tamq; necessarij Vulcanus auctor fuit. Non oportuit id omisisse te qui & odorari omnia & indagare studiosissime soleas. Fecissem equidem, iquit ille quod vos cupere sentio nō inuitus. Sed quoniā meminerā sermonis prolixitatē/in huiusmodi cōuiuijs vitio dari solitā/eo inuētionis modū prętereūdū cēsui: pręsertim cū me semel & iterū de istiusmodi inuēto verbū inijcientē neminē aīaduerterim q ei⁹ sciēdę rei desiderio caperet. Inuenit inquā Vulcanus ignē idq; hoc pacto. Cū eñ p frigidius anni tp̄s arbos in ęgypti mōtib⁹ fulmine icta esset: ob idq; & ea: & silua pxima circūquaq; ardesceret Vulcanus rei nouitatē admirans propriusq; accedēs calore delectatus est maiorē in modū: cūq; ignis paulatim (vt fit) deficeret materiā id deinceps vsq; ingessit. Itaq; p hūc modū seruato igni alios hoies ad eiusce vtilis inuēti cōionē inuitauit. Qua ipa re factū est etiā vt imperiū ac regnū ęgyptiorum vltro delatū adeptus, pro deo tādē coleret: quāq̄ sunt aliq equorū numero est Plinius scd̄s libro. iiij. suę naturalis historię asferētes ignē primū reptū esse in Pirpila q̄ insula est vna cycladum. Tum Corradinus reserua obsecro Guarneri si videtur ignē istū ad hyemē & qd̄ dici de pauli cęlis padisoque/cępat iā absoluat: Deinceps quo ipe quoque de Chaldeis quę sum ages

gressus aliquãdo expouã.ne tam longa intercapedo eaꝝ mihi rerũ memoria intercipiat. Immo vt scias inqt Axeretus aliud Guarnerius quęrit(nihil putat eñ fore modo te capiat obliuio vt sui vel indi vel ęgyptij principatũ occupẽs.Q d ne accidat ip se puideris. At noscis inquit Guarnerꝰ Axerete mihi adhuc triarios supesse integros:& subsidiarios milites quos cum ad postremũ in aciẽ eduxero itelligẽt oẽs nõ de tropheo mihi sed de triũpho habitã eẽ rõnẽ. Verũ id postea.tu interea loci quod Corradinus hortat̃ qñquidẽ liberaliter recepisti pro tua fide cõstãtiaqꝫ pstabis.Tũ Axeretus Leonardus inquã Iustinianus eos tris cęlos interptãdos putabat scdm triplicẽ visionẽ sensus imaginationis intelligẽtię vt ascẽdẽtes eodẽ ordine ab inferioribus ad supiora:primũ cęlũ intelligamus rerũ iudiciũ: modo quodã sensibili quo ita eas cõprehẽdimus vt aut sentiamꝰ, aut sentire videamur:quo quidẽ modo & Baldasar scribẽtis homis manũ & Moses tum ignẽ vidit in rubo.tum deũ in figura.Secũdum vero(qd est imaginationis)Tum intelligimꝰ cũ res ipsas pinde atqꝫ apud nos collocatas cõseruat aiqꝫ tauq̃ in imagine intuemur:quẽadmodũ vsu etiã venire solet vel in excessum quã Ecstasim.gręcę dicimus vel in somno cũ nõ corpa sed imagies corporum videmus.vt Petrus etiã vigilãs vas vidit quadrupedum serpentiũqꝫ plenum atqꝫ volatiliũ.Et rex ille ęgyptiorum dormiens vaccas & spicas.eodemqꝫ modo Esaias de seipõ loquens ait.Tidi dominũ sedentẽ.Sed intelligẽtię cęlũ dicimus quando neque corpora nec imagines corporũ vident̃ sed quadam mentis serenitate iã fręti altius tollentes intellectus acumen ad deum media sapiẽtię luce ingredimur.Paulũ igitur ad hauc vsquę visionem raptum Iustinianus arbitrabitur. Vidisse enim deum non in figura quãpiam corporea sed in seipso p essentiam.Q uod aũt raptus deinceps esset ad paradisum id gaudium significare contendebat quo hi fruunt̃. quibus eiusmodi diuinam essentiam recto mẽtis lumine perspicere licet:que qdem interpretatio cũ videretur probata omnibus.At ego inqt Thebaldus nõ possum Francisci barbari sentẽtiam nõ amplecti:qui noua quędã ac prorsus inaudita animo secũ meditatus hisce quodãmodo verbis in corona doctissimorũ hoim (aderãt

enim plures) mira cum lenitate responderit. Quanti faciã inquit singula verba Iustiniani mei vestrum puto latere neminẽ. Nam & eius ingenij vim cognoscitis & doctrinę prestantiam et diligentiam singularem. Verum quoniam quę dei sunt soli deo perspecta sunt. Nos enim nõ tam verum possumus quam verisimilitudinem quandam assequi: qnid mihi quoque videatur ostendam. Equidem triplex illud cęlum ad triplex itẽ virtutas genus referendum existimo. Alia enim virtus est intellect⁹ vt scientia & sapientia. Alia rationis. vt calliditas & prudẽtia. Alia moris vt fortitudo temperãtia cętereq; huiusmodi virtutis quę circa perturbationes animi versantur. Nam iter ad paradisum id est ad nostram fęlicitatem virtutum moralium ductu ingredimur. Sed actionis virtus ad quã referũtur morales virtutes oẽs: vt progrediamur efficit. Solę aũt cõtẽplatiuę virtutes quarũ princeps est sapiẽtia. ad quã ipam actio nostra omnis referẽda est vt peruiamue se duces prestãt. p hũc ergo triplicem virtutis gradũ ascendisse Paulũ ad paradisum opinor: hoc est ad animi summã voluptatẽ: qua philosophi Christiani eos frui certo credũt. quibus deo liceat frui. licet autem omnibus qui se corporalium sordium expertes per veritatis religionis pietatis totiusque virtutis lauacrum voluere. Cũque essent qui mirarenẽ quod & paradisum pro voluptate statuisset: & voluptatem ipam hnmanam esse fęlicitatem quasi nouus aliquis Epicurus asseruisset. ita rursum locutus est. Paradisus vt omnes scitis. nõ nostra est sed gręca dictio. Significat aũt hortum quẽ eundẽ hebrei appellãt Eden. quo qdẽ verbo delicias significari nemo negat. Itaq; nos & hebreos secuti & gręcos deliciarũ hortũ noiam⁹. qbus ipis natura delectari gaudereq; mortales nemo est q nesciat. hmõi aũt & delectationẽ & gaudium vno voluptatis noie cõtineri qui negat. Is latine loqui nunq̃ didicit. Nõ eñ ad corpus voluptatẽ dumtaxat sed etiã multo magis ad animũ referri cum alij plures. Tnm Aristoteles docet: prudentia enim vt ad Eudemũ scribens ad verbũ ait & virtus et voluptas in animo sunt. Quã aũt voluptatẽ Epicurus bonorum finẽ statuerit vel affirmare vel inqrere nõ prẽsentis neq; temporis nec loci. Sed voluptate cõtineri vltimũ illud humanũ

bonum quo pfructuri sunt q reuiuiscent in deo. Nō crediderim solum ipse sed aliis credendū tenēdumq̧ conuicerim/ nā in diuina illa essentia cōtēplanda sciēda intelligēda. nō anim⁹ modo noster mirabiliter gaudebit. sed corp⁹ quoq̧ icredibili suauitate pfusum gestiet atq̧ exultabit. Quę vbi Thebaldus summa tum omnium attentione exposuisset iam tempus est inqnit Tertius Corradine vt quod de Chaldaica philosophia dicturū te proposueras tandē si videt corā efferas. Faciam inquit Corradinus modo cures pauonem. hic ne inter loquendum putrescat: At quonam modo putrescet inter loquendū cū & coctus sit & putrescere nesciat natura. Ad idcirovereor inquit corradin⁹ quoniā & coctus est & prope modum pullus ac piguis & ita cōditus ex Xerze quopiam dign⁹ videri queat. Et si iocaris Corradine Triulcius subdidit quippe qui cibi sis pausissimi. nolim tamen existimes vnam esse istiusmodi nobis artem. Sūt enim paratę plures quę tempestiue apponentur ac deinceps. Hic ille Sciebam istud quidem. Itaq̧ meum instituerам seruare pauonem integrum quo tacito animi iudicio dānares consilium tuū qui tanq̄ Gnatones aliquos fuisses Phormiōesue habiturus cōuiuas. tam multa tam varia tam exquisita parariś in cęna hominibus prefertim familiaribus tuiq̧ amantissimis. Itaq̧ te Socratē aut Pytagoram post hac nobiscū Malim q̄ aut Lucullū āt etiam Masinissam geras. Sed hęc hactenus/ redeo ad Chaldeos hi se omniū antiquissimos volūt qui de maximis & incognitis rebus philosophari cęperunt. Afferuntq̧ Prometheum qui cum de vniuersa natura vtiliter pulcherrimeq̧ disseruerit: tum de hominis ac fluminis creatiōe primus veritatem inuenerit. planetis diuinitatem tribuit: quorum duos bonorum vocant auctores: & malorem item duos. Tris vero qui medii sint atq̧ communes. Etatem omnem in philosophando consumunt diuino cultui vehementer intenti. Astrorumq̧ peritissimi. per diuinandi artes/ res futuras & sacrificando prędicunt & expiando Incantationibus quę quibusdam remedia prębent malorū euitandorum adipiscendorumq̧ bonorum. Augurijque & somnij & prodigij atque omnis monstrorum generis vim atque scientiam tenēt omnē. At qui ostiarum victimarumque noticiam eam

habent quam qui oium exactissime. Quę quidē omnia eo facili us consequunt̄ q̄ vel Gręci vel nostri vel barbari/quo nō quosli bet(& vulgo fieri videmus)sed paretes p̄ successionē doctores habent. Vacui prorsus reliquis ministeriis. Itaq̧ rerū illustriū optimarūq̧ disciplinas veluti cū lacte bibentes affatim habitum firmissimū sibi cōparāt atq̧ pulcherrimū. Quod vt efficiant tū ętatis oportunitas tū diuturnitas pseuerantiaq̧ discendi non difficile prestat. Pretera mundum sempiternū putāt qui neq̧ ortū principio habuerit nec finē habitur⁹ sit ad postremū huius aūt & ordinem & dispositionē diuina quadam pvidētia constitisse. Ac nunc etiā quecūq̧ in cęlo fiunt nō casu aliquo aut vltro effici sed statuto quoddā incōmutabili iudicio eoq̧ diuino. Et quoniā diuturnas ad modū astrorū obseruatiões fecerit eorūq̧ singillatim & motionē & vim inter ois mortales egregie tenent. nimirū futura plura predicunt hominibus Quippe aūt astra illa errantia quos planetas gręci & ipsi. Ermenis. vocant: maxime dicunt esse & speculationis & motus potissimūq̧ Saturnū. Solem vero plurimū antecellere qui & plurima & maxima multo ante significet. Sed illos quinq̧ planetas Saturnū Martem Venerem Mercuriū Iouē & nominari. Ermenis. hoc est interpretes quoniā ex aliis astris quę tum minime errāt tū certum seruant statutum meatum/sola hęc meatu propriō suoq̧ vtentia res futuras ostendūt ac deorū mentē interpretantur hominibus: Alia enim ortu alia occasu alia colore hi planetę p̄nunciant diligenter aduertere volentibus. Interdum enim ventorum vim eos ostendere: nonnunq̄ imbrium & ęstum vehemētiam. Quandoq̧ vero cometarū aduentus eorumque effectus solis preterea luneque defectus. Et tū terremotus tum omnis vniuersi mundi imminentes casus auque euētus: qui nō gentibus & locis solū. sed regib⁹ quoque priuatisque hominib⁹ aut prodesse aut obesse possint. Quātū videor intelligere surridēs Thebaldus inquit si Poggius bābalio quēpiā Chaldeum consuluisset multo anteq̄ pepisset Vagia scire potuisset semimulū infantē futurū sibi. Tū Axeretus. si Thaletis illius tui sententia vera est nullo erat opus Chaldeo. quādoquidem Vaggia ipsa nosset qui suppleuerat vicem sucę. Tum Corradinus Bam=

baliones mihi queso scurrasq; omitte. Et que tã sepe cœpi attẽdite aut me referam ad pauonẽ. Quin perge inquit Guarneri⁹ memineris q; eam esse côuiuij vel naturã vel cõsuetudinem vt interdum valere etiã liceat. Quare si Thebaldus in Ethruriã ad terrã nouam vsq; tam breui momẽto se substulerit nõ quandoquidem eadem celeritate reuolauit ad mensam. Vt libet inquit ergo Corradinus. Redeo ad planetas de qbus erat sermo Sub horum cursum sidera tringinta Chaldei dicũt esse posita: quos appellãt consiliarios deos, quorũ quindecim eos intueri locos qui sunt super terrã. reliq vero quindecim astra res simul humanas & q̃ in cęlo sunt considerare/dieb⁹ aũt decẽ mitti ea q̃ sursum sunt ad ea q̃ deorsum: & q̃ deorsum ad ea quę sunt sursum: quasi vnũ astrorũ nunciũ: habereq; stellas ipsas huiusmodi impetũ definitũ sempiternoq; circuitu cõstitutũ atq; firmatũ. Deos aũt quibus vis principatusq; sit duodecim numero eẽ dicunt. quibus singulis singulos menses tribuũt. Per hos autẽ (quibus singillatim singula indũt animaliũ nomina) meare solem ac lunã & quinq; errantia sidera. Ferẽ solem anno ꝓpriũ absoluere circulũ/ at lunam peruadere suum ambitũ mẽse. Sed planetas singulos singulis ac ꝓprijs vti cursibus/ eadẽq; & mutatas & varias habere celeritates partitaq; tempora. Quę quidẽ astra valere plurimũ vel ad bonũ vel ad malũ hominũ. horũ & ratione & experientia docent. Atqui p horũ tum naturã tum aspectum maxime noscere humanos casus profitenẽ. Itaq; nõ nullis regibus q̃ his postea accidissent predixere. Sicut Alexãdro regi Macedonũ & iis quę post Alexandrũ deinceps regnarent. Et Antigono Seleuco Nicanori quin etiã priuatis hominibus que fore ꝑdixerint ita in his veri inueniũtur vt supra homines admirationi sint. Sed post Zodaicũ circulũ stellas quattuor ac viginti seligunt quarum duodecim ad meridiem positas dicunt. Et harũ quę apparent duodecim: viuis numerant & duodecim eas mortuis q̃ non vident. Has autem rerũ vniuersarum iudices appellant. Inferius vero antedictis omnib⁹ lunã propterea ferri dicunt. & terrę ꝓpinquam: quoniam breuis sit & ad parui tẽporis curriculũ: nõ quia vehementius feratur sed quia breuiore vtamur circulo. Quod autẽ lucem alienã habet

quodq; eius defec⁹ in causa est terrę vmbra minime a græcis discrepāt. hoc est quod idē greci sequunt tradūt. sed de solis defectibus non tam audacter verba faciunt. Terrā aūt sui s quibusdam demonstrationibus vtentes scaphę simile affirmāt & cauam. Alii aūt permultas ac probabiles rationes adducunt. Et de ipsa terra & de aliis rebus q̄ in mundo sunt. Verū ne sim in dicendo prolixior cum in omni philosophia tum in Astrologia ceteris omnibus prestitisse Chaldeos & alii antea multi & nouissime Abraā cōfirmauit: qui litteras omniū primus repit & cum alios plures tum egyptios illos ornauit astronomiamq; docuit: & alia qaęq; digna memoratu de egyptiis predicantur eorum fuisse Abraam apud illos auctorē cōstat. Itaq; ab illis vsq; temporibus iudeorum more circūcidebant egyptii: eisdem quę vtebant vitę morumq; institutis quibus Chaldeos dedicerant. Quare nō est mirandū si plato philosophię (qua gentilitas vsa est) deus quidā: & de mūdi creatione & de diuina essentia egyptios sequutus diuinitus est locutus: quandoquidem ea ex Abrae Mosique fontibus pricipio manassent. Nam eos genere fuisse Chaldeos contradicit nemo. Quę vbi cū omniū attentione & iocunditate locutus est. Quid ais inquit Franchinę Num censes vllos esse ex omni omniū genere: q non mō Chaldeis sit anteponendi sed vllo cum illis disciplinarū genere cōparandi? Nempe inquit Franchinus mira sunt quę de philosophię inuentione singillatim differuistis: certi autem nihil audio. Nec esse dubitandum putem Corradine (si rem tantam tā que mirabilem humanę inuentioni dandam velimus) cum illis sentire oportere qui tuos Chaldeos predicant. Et cur in hanc potissimū partē ferrer. rationibus niterer nō vulgarib⁹ neque cōtemnēdis. Verum qui ausim quicq̄ affirmare quod Plato maximus ille philosophus dubitarit: diuino certe munere vel vt ait Cicero inuentione philosophiam mortalibus datam reor pulcherrimam profecto rem necessariam & salutarē. Quid enim aut pulchrius aut admirabilius q̄ rerum causas totamque natura q̄ diligentissime ingrere: penitus ꝑspicere dilucide & subtiliter explicare. Quod tam necessarium tā ope preciū q̄ differā

di rõnem q̃ cõsequentiũ & repugnãtiũ rerũ iudicũ veritatẽq̃ te nere. Quid porro tã salutare tã fructiferũ generi humano q̃ liq do intelligere qd expetẽdũ in vita: quid ue fugiendũ sit. Et ne sĩ longior q̃ oportet: seu actiões hoim siue cõtẽplationes inspici as nihil magnũ: nihil laude dignũ reperias qd nõ philosophia ipa pepit. hãc quos phisicos vocãt. hãc mathematici. hãc theo logi parentẽ habẽt. Quis vero aut rẽ publicã aut familiã ãt se ipsum instituat nisi hui⁹ prius institutis sanctissimisq̃ pceptis audierit. Itaq̃ non iniuria maxime oẽs & florentissime natões de huiusce tã eximię tamq̃ diuinę rei auctore cõtendũt. de q̃ ipsa tamẽ siquid haberet certius castellio me⁹ quod sui vel tria rij vel subsidiarij milites pepissent. faceret phumanę si id quo q̃ nos latere nollet. Tũ Guarneri⁹ quasi hęc tibi viro eruditissi mo & optimo incognita sint qui preter Christianã philosophiã philosophicum esse nihil ducis. Tũ ille perge obsecro nã initiũ placet. Dicã sane quod in re est. Nã in huncusq̃ locũ non tã qd mihi q̃ qd alijs videretur sum elocutus. Verũ ne quis me fortas sis accuset ineptitudinis illud nos primũ admonitos velĩ opor tere me in dicendo aliquãto esse longiorẽ. Nã & refellendę sũt nonnullę vetustę gentilitatis opiniones. & q̃ verissima eẽ puto suo quadam ordine atq̃ serie explicanda. Hic ad Arasmum re spiciens Corradinus denuo inquit nobis Arasme cęnandũ est. proinde quid tibi curandum sit vide. Nam Guarneri⁹ vt est om ni perpolitus vrbanitate rursus quantã auguror rem Troianã, vt aiũt orditur ab ouo. Quin opportunius fortasse Guarneri fe ceris & gratius si quoniã permulta iã dicta sunt/ disputationẽ istam omnem in diem posterũ distuleris. Cras enĩ cęnaturi su mus vt scis apud Andreã biragũ hominẽ gratiosum & perhũa num vbi inter futuros etiam audio Franciscum Barbauaram & Simonium Gilinum viros prestantis & eruditos. Prudenter hortatur Corradinus guarneri. Lancelotus excepit. Nam Io annes Ferufinus cũ mane quędã nostratia mecũ vt solet cõmẽ taretur: iniecit interloquendũ postridie cęnaturũ sese apud An dream biragum simul cũ reliquis collegis Cristophoro Velatia no. Nicolaoq̃ Aricimboldo. Quare illic si voles longe commo dius ista tractabis. Nunc si videtur potes paucis quę post inuẽ

tionem philosophię dicenda restabant vel expedire vel ad Bisragianum item conuiuium reijcere. Vtrumq; inquit Guarneri us mea sententia faciēdū est. Nam si quit fuerit quod minus om nino expeditum videatur sicut forte videbitur idem queretur postridię inter cęnādum Nō enim parua res ē philosophia nō trita: nō vulgaris: sed q̄ de cęlo descenderit inter paucissimosq; consederit: Nam minime se dignatur quovis hospicio. mentes prauas & impudicas aspernatur philosophia. Etenim quę sua presentia bonos facit: malis vti nullo pacto possit: & vt omittā alia fere infinita: qui huic sese olim familiarius dedidissēt sapi entię sibi nomen vendicarunt. Eiusmodi claruisse proditur. Thales milesius qi primus inter eos septem qui sunt sapientes cognominati: animorum immortalitatem affirmarit/ solis defectus: aequinoxia aq; inuenerit. Solon Salaminius qui & athe niensibus leges tulit. tantaque fuit integritate/ tanta grauitate/ tanta animi magnitudine vt Pisistratus tyrannus eum ęque veteretur atque pertimesceret. Chilō Lacedemonius qui eo se ephorum designatum diceret: quoniam iniurias ppeti sciret. Pythacus mithileneus apud quē venia vltioni & varij ligni hoc est legis principatus/ reliquis omnibus prestaret imperijs. Bias prienēsis cuius singulari illustrique prudētia Alyattes belli cosissimus rex Lydorum iam prope modum victor victus sit. Cleobulus lindius cuius nescias animi ne an corporis & robur & dignitatem quibus facile mortalibus cūctis anteiret magis admireris. Periander chorinthius cuius vel prudentiam vel iu sticiā cum alij multi. tum Arion methimne⁹ cum seculorum om niū admiratiōe expertus est hi enim sunt quos septem Gręcię sapientes & gręca & latina decantat historia. At ego inquit Lā celotus alios quoque fuisse intelligo qui sapientiæ cognomentum apud gręcos meruerint: Nam & Anacharsin illum scitam cuius modo meminit Aloysius & Mysonem cheneum & Pherecidem syrium et Epimenidem cretensem & Pisistratum ipsum sapientię titulis decorauit antiquitas Quinimmo si res al tius repetēda sit & Homerum & Hesiodum & hijs porro antiquiores. Orpheū Linum Museum sapientes appellatos reperi amus. Sed has tot philosophorum scolas atque disciplinas in

quit Muzanus e quibus principijs manasse dixerim⁹. Quæris rem sane Guarnerius inquit. nequaq̃ fortasis inutilem p̄sertim ijs qui qui se philosophos vel fore vel etiã esse volũt. Quid em̃ absurdius q̃ eius rei principiũ ignorare: cuius aut scientiã aut familiaritatẽ aliquis profiteat̃. Neq; mea sententia satis ẽ ma gna quadã ingenij excellentiq; vi pollere nisi prestans ad eam eruditio doctrinaq; accesserit. Itaq; varia ac multa nõ discenda solum sed etiã ediscẽda sunt. Quare vt ad ista q̃ tempestiue abste querunt̃ p̄pius accedã duo iter philosophos philosophię principia celebrant̃ Ionicũ qd̄ habet Thaletẽ auctorẽ. Et Italicum qd̄ Pytagoram: nõ philosophi solum nomine sed ipsa quoq; sapientię familiaritate atq; hospitio cunctis mortalib⁹ anteponit. Is audito Pherecyde syrio primũ: deinde Hermodamõte Chreophili: postero oibusq; & grecis & barbaroꝝ Vrbib⁹ pagratis Ad hęc Egyptiorũ Chaldeorũq; sacerdotũ ac magorũ familiaritate vsus: tandẽ post lustratas extremas terrarũ regiones relicta patria Samo quã Holycratis tyrãnide oppressã offederat in italiã traiecit incoluitq; Crotona: vbi adeo ei⁹ nomẽ circũquaq; emicuit vt ad trecẽtos auditores haberet: & tãq̃ p̄ numine quodã coleret̃/tãta erat viri auctoritas: tanta grauitas quã sibi ex lõgiqua illa ac diuersa pegrinatiõe circa sapiẽtię p̄stantiã & laudẽ cõpararat. Is certe vir Pithagoras fuit de cui⁹ illustri sũmaq; prudẽtia multo verius q̃ de Vlysse(.nescio quo) diceret homerus quispiã. Callẽtẽ dic musa virũ qui mœnia troye Post euersa sacre multũq; diuq; pererrans Et mẽtes hoĩum multoꝝ nouit & vrbes: At qui Pythagorã idcirco Italicę philosophię pricipẽ tradũt qm̃ in italia magna ex parte & ipẽ philosophatus ẽ: & suę disciplinę eorũq; decretoꝝ q̃ ab Theoclea sorore didicerat sciẽtiã philosophis reddidit huic successit Teslauges fili⁹ q docuit Xenophanẽ colophoniũ: cui⁹ auditor Parmenides eleates duos habuit p̄claros auditores eosq; successores Empedoclẽ Agrigẽtinũ p dicẽdi pitiã tradit̃ inuenisse Et Zenonẽ elatem quẽ differendi facultatis auctorẽ volũt. at Leucippus successor qui Zenonẽ ipsum audierat. Seu Elates is itẽ fuerit siue Abderitis vt quidã prodibere siue etiã secũdũ alios melius docuit Democritũ abderitem q cum plures discipulos

habuerit illos tñ nobiliores. Nausiphanē & nauecidē quos Epicurus athenienſis doctores habuit. Itaque philoſophia italica ad Epicurū vſque ꝑpagata eſt. Nā Epicurus nouis quibuſdā ac ſuis delectatus inſtitutis ſe nonę ſectę auctorē ꝑbuit q ſummū bonū in ea poſuerit voluptate q̃ totius egritudinis ꝓ animi rō ne expers eēt. Sed alterū illud philoſophię pricipiū eo dictū Ionicū qm̄ qd mō meminerā Thaletē mileſium pricipē habuerit Miletū em̄ Ionię fuiſſe vrbē ſciūt oēs. Hic igitur nullo prorſus ſuę mirabilis ſapiētię vſus doctore pręter ſacerdotes Egyptiorū. auditorē habuit eundēque ſucceſſorē Anaximandrū mileſium qui horologia primus creditur inueniſſe. Cuius deinceps diſcipulus Anaximenes mileſius docuit Anaxagorā Clazomeniū: huic ſucceſſit Archelaus phyſicus & ipſe milleſius q & iuſtū & turpe nō natura ſed lege cenſebat eſſe. cui⁹ familiaris & ſucceſſor Socrates Sophroniſci filius q de moribus diſciplinā vel introduxit primus: vel vnus ex ſuperioribus omnibus maiorē i modū auxit atque illuſtrauit. diſcipulos habuit ad modū multos. Sed illos certe primarios Platonē Antiſthenē Ariſtippum. Et em̄ Ariſtippus q ſenſus voluptatē ſtatuiſſet eſſe bonorū omniū maximū patria Cinere⁹ filiam habuit paternę diſciplinę doctiſſimā nomine Aretā q̃ filium docuit Ariſtippum iuniorē qui ex doctrina materna cognomentum adeptus appellatus eſt Metrodidactus: hūc audiuit Theodor⁹ qui qm̄ de deo male ſentiret. Atheus primo deinde Theus dict⁹ eſt cui is ſucceſſit: Antipater qui Epitimedē Cirenaicum erudiuit. Huius aūt diſcipulus Parabetes & auditorem habuit & ſucceſſorem Hegeſiā illū qui a mortis ſuaſu quam plęriſque vi dicendi pſuaſerat Piſithanatus vulgo vocatus eſt Poſtremus vero Cyrenaicę huius ſectæ fuit ipſius Hegeſie auditor Aniceris libys qui Platonē liberauit e ſeruitute. At Antiſthenes athenienſis qui ex oratore philoſophus fuit cognominat⁹ eſt primū Peripateticus deinde Cynicus: ita dictus aut a Gymnaſio cinoſargi vbi verſabatur docens aut. Apo tu chioos. Hoc eſt a cane quoniā qui Cynici ſunt appellati vel eſſent in cauillando caſtigādoque mordaces: vel ꝑpter licentiam & obſcęnitatē ſermonis caninā quāpiā impudētiā repſentarēt: aut etiā quia nequaq̃ vt canes

adularenť.hoc eſt aſſentarenť blandirenť ve ſed & verbo poti⁹ & vultu/& omnis corporis motus inuaderet:appellaret:accuſarent:vituparet.Hic Muzanus.ad Torrelli filiũ aſpiciẽs. Quid facis inquit puer? Audis blandiri:aſſentari:adulari: nec qd ea inter ſe differat quęris? An hęc forſitam didiciſti.Tũ puer miro quodã.ſed libero tamẽ pudore affectus didiciſſe inquit Muzanus videor ſed non edidiciſſe.Itaq̃ rogo te vt iſtiuſmodi verborum differẽtias doceas Aſſentari inquit Muzanus in verbis eſt.ſed blandiri in verbis & rebus cũ aut dicim⁹ aut facimus quicq̃ preter animi ſententiã placendi ſtudio:id quod fraude carere nõ põt.Adulari vero qd gręcę. Senin.dicit poſitũ eſt in ficto quodã & ſimulato vultu ac geſtu corporis/ dictũ quaſi adurari ab cauda quã gręci vocant. Vran. Nã canes cũ cibi quippiam veluti poſcunt motu alludẽtis caudę adulanť Nõ ſolũ igiť Cynici quos Guarnerius memoriter & ſapiẽter memorat nõ aſſentabanť:ſed ne adulabãtur quidẽ: itaq̃ omni a blãditiarũ genere vacãtes:aperto marte(vt aiũt) in rephendendi flagitij aciẽ ꝓdibãt:qualẽ videm⁹ fuiſſe Sinopeũ Diogenẽ ipſi⁹ Antiſthenis diſcipulũ atq̃ ſucceſſorẽ qui canis cognomentũ nõ modo aſpernatus non eſt.ſed & ſecutus & vſus vocatus eſt eni Cyon.Nam qui hunc audierat Chrates theban⁹ & Cratetis familiaris Zeno ab quo deinde Stoici Zenonij ſunt appellati: nam Stoicos eo dictos ferũt qm̃ in porticũ quę.Stoa.noiatur/ & conuenire & differere ſolerent:duoq̃ reliqui tũ Cratetis Zenoniſq̃ auditor Cleãtes Caſſius:tũ huius ſucceſſor Criſippus Sole⁹ verbis parcebant impuro nemini:quoꝝ qdem ſapientiſſimorũ grauiſſimorumq̃ hominũ ſi noſtris tẽporib⁹ eẽt copia:vberem ſane ac luxuriantem haberent ſegetem:quam vel caperent vel reciderent.Quę enim per immortalẽ deum noſtris ſeclis ignota facinora quę flagitia quę nequitię? pudet me profecto ętatis noſtrę quam peſtiferum adeo atq̃ erubeſcendum fatum inuaſerit.Verum quæri hęc & lamentari facilius liceat q̃ corrigere. Atqui ego impudentius lapſus ſum:neſcio quomõ qui iã ad calcẽ ꝓpinquãtẽ Guarneriũ pedierim.Sed te obſecro vt ignoſcas ineptitudini meę. Nã dũ huic puero ꝓdeſſe cupio q ẽt Stoicoꝝ quos mirabiľr ex oĩb⁹ philoſophis obſeruo in vitijs caſtigãdis

mos eēt:tuā sniām veluti cōfirmās.referre volui. Itaqȝ pge qđ cepas At ille nō mō inqt Muzāe nō es ineptus/sed apte es oīa ppulchreqȝ locutus. Fecisti aūt amicissime/ q laboris partē in hac sectarū cōmemoratōe tibi vltro desūpseris phumaneqȝ feceris.si que reliqua sunt vel eadē breuitate pcurreris. Hic Muzanus q̄ tibi puinciā vir optie expetisti eā vt absolutissime ob eas tuę cōstātię est eruditiōisqȝ singularis: Nā ego ad audiēdū me paraui Tū Guarrnerius postrem⁹ successor iquit disciplinæ Stoicę fuitis Crisippus cuius Muzanus meminit At stoici ducebant in bonis nihil pręter animi virtutem. Q đ eñi honestum esset id nedum summū sed etiā solū bonū existimabant. Nā cætera q̄ vel corporis vel fortune habent in pręcio: ea non bona sed alij cōmoda/alij ꝑlata/alij indifferentia noiabant. Cynici autē & stoici iidem fuere. Eteñ nihilo inter se differre visi sūt nisi quod vrbaniore quadā Stoici qui a Zenone cęperūt & politiore orōne sunt vsi. Nā superiores Crates. Diogenes. Antisthenes simplicius ad veritatē sunt apertiusqȝ locuti. Plato vero Atheniensis primus fuit/qui academicus dictus est/ab academia in quā versari docereqȝ cōsueuit. Fuit aūt academia ex tribus gymnasiis Athenarū vnū. Reliqua eñ duo & Lyciū fuerunt & Cynosarges: priscis aūt temporib⁹. nō accademiā sed ecademiā nominatā tradūt ab Ecademo quodā heroe q eiusmodi palustrę gymnasiū in suburbijs dicarat. Plato igit̄ cui nomē fuit Aristocrati. Nā Plato ē appellat⁹. āt a pectoris latitudine aut qa lata orōne copiosaqȝ vteret̄ academicoꝝ priceps cū mentis humanę imbecilitatē intueret̄ existimauit nihil eē omnino affirmandū/cū veritas non mortalib⁹ sed soli numini nota sit. Itaqȝ in cōtrarias partes differens putabat hoc pacto q̄ pxime posse ad veritatē accedere. de summo homīs bono dupliciter est locutus. Nam ciuile bonū tripartitum posuit maxīmū in animo: medium in corpore: minimū in fortuna: hoc autē triplici gñe bonoꝝ fęlicitatē actiuā qua viuimus in societatem ciuili constare existimauit: & si vel affirmare non est ꝑpter decretū disciplinę quā tuebat̄ omnino ausus sed fęlicitatem contēplatiuā in sola virtute animi collocauit. huic summo diuinoqȝ philosopho Speusipp⁹ successit. Speusippo Xēocrates, Xēocra

ti Polemon:huic Crātor:Crātori Crates Atheniēsis:sed Cra
tes successorem habuit Arcesilaū qui mediæ academię auctor
fuit. Nā qui Arcesilaum antecesserunt veteres sunt ab posteris
academici appellati:deinde successit Lacydes quē deide. Euā
der phoreus secut⁹ est. Post quē successionē gradatim sigillatim
quæ exceperunt Damon leunteus Moschiō Euande athenien
sis Hegesimis:cuius auditor Carneades Philocomi filius quā
nouā academiā vocant primus introduxit:huius familiaris ac
successor Clithomach⁹ fuisse phibetur q Asdrubal appellatus.
Armadam docuit Academicoꝝ vltimū.nā Aristoteles Stagiri
tes qui diu ac multū platonē audierat/maluit se sui similē q̄ pla
tonis. Quare nō Academicus sed Peripatetic⁹ est cognomina
tus/vel ab eo qui erat ortus in Licie. Tu Peripagu. vbi cum di
scipulis philosophatur vel quoniam ambulente Alexandro ob
morbum quo tenebatur vna cum eo Aristoteles doctor ambula
re id enim est Peripagin.cogebatur.hic & si plurimū dissenti
re a Platone suo videri plerūq; solet:siquis tamen quę dicuntur
diligentius pensitet inueniet profecto quod & porphirius do
cet & Boetius confirmat:iis in rebus maxime cū Platone Ari
stotelem cōuenire/vbi maxime videt̄ verbis sentire cōtraria
Itaq; idem sensit & de triplici illo bonorū gradu & de ipsa fęli
citate quod Platonem aduerterat. Sed quod ille opinari se hic
scire ꝓfitebat̄:Scolę autem successorē vnū habuit Tyrtamum
Eresiū quē Aristoteles ꝓpter elocutionis qua vtebat̄ bonitatē
Euphrastum primo:deinde Theophrastū quasi diuino quodā
esset elogo noiauit. Et heę sunt quidē vt arbitror primarie phi
losophoꝝ secte atq; maxime:q̄ latam ac fęcundam viris doctis
simis & sciendi & differendi copiā prębent:q̄q̄ alij sunt qui no
uem alij decē sectas fuisse affirmant. Nā Varro multo eas ma
iore numero partitus est de quibus oībus si Videbitur dicetur
apud Biragū. Fiet sane quod mones inquit Lancelotus lōge
opportunius ac melius. nunc eīn satis multa commentati sum⁹
Itaq; ne lautissimi huius magnificiq; dominij exhibitori Tri
ultio viro florentissimo simus fortasse nostro ꝓlixiore sermōe
vlla ex parte molestiores:nostrarum confabulationū finis esto:
ꝓsertim cum vel nox ipsa nos interuentu suo ad curandę valiꝫ

tudinis rationem hortetur. Mihi ne inquit ille molestiores: di cā apte q̄d sentio. Cūq; esset dicturus interpollat hic idē Tubicen. Quod nā inquiens Lancelote dn̄m nobis Arasmus exhibuit? Cupio em̄ nos singulos dominos quo vestris ego fret⁹ dominijs me tandē ab inopia vēdicē Tū Lancelotus surridēs Responde tu inquit puer (nā ad Torrelli filiū se cōuerterat) huic Tubicini de domino: Quid aliud inquit ille respondeā? q̄ quod ex optimis grāmaticis audiui qui dn̄m dicūt significare & illū cui seruit & qui mulierū amoribus studet & maritū ip̄m p̄terea q; oēs q cōuiuijs quēq̄ excipiunt domini sunt / a veterib⁹ appellati. Ex qbus cōuiuia appellari domina cū alij plures teste adduci possunt. Tū Lucilius satyrus q ait primū dominia atq; sodalitia oīa tollanť. Iure inquit Tubicen dolerem si solus ipse latinę loqui nescirē. Sed quis non dominiū p̄ dn̄atu & dn̄atiōe dūtaxat vsurpat vulgo. Verū tn̄ si mihi vos istiusmodi quoq; dominos quotidie p̄stiteritis nihil erit q̄d inopiā grauē putē. Sed tu interim Arasme vir magnifice loquere apte q̄d p̄posueras. Nos em̄ ambim⁹ q̄nquidē & p̄pulchre cęnauimus: & nostra tibi opera in presentia opus nō est: Itaq; Arasmus exilarata facie ita rursus loquut⁹ est. Dilexerā ego semp ante philosophos qppe quos & ęquos quosdā & bonos viros opinarer. Nunc aūt & amos qdem illos & colo: In eāq; sententiā adducor vt q philosophię omnino sit exps / eū vix hominē credam. Nam qui min⁹ excolit eam partē qua hō sit: is mihi nō multū a pecude quapiā differre videať: Mens em̄ est qua cęteris animātib⁹ p̄stamus su musq; dei similes, hanc aūt solis notā eē philosophis: & si prius q̄ in istum sermonē delaberemini mecū ipse existimabā Nūc tn̄ ita mihi videor intelligere vt ea q̄ oculis cernunť non enim permulta illa & varia & grauissima q̄ e sinu philosophię deprō p̄sisti sine magna p̄tractiōe philosophoꝝ: q̄ in rōcinando semp cōtemplandoq; versanť tā apte / tā copiose: tā elegāter referre potuissetis: obseruandā igiť rōnem: collēdā intelligētiā p philosophoꝝ cōsuetudinē familiaritatēq; censeo: quo & viui trāquillo atq; securo animo esse possimus / & cū naturę cōcesserim⁹ sempiterna illa fęlicitate: ac beatitudine p̄fruamur. Atqui plibēter vellē mihi liceret quā sępissime vti huiusmodi vestra consuetu=

dine suauissimisque moribus:quibus sum hodie mirifice de ctat⁹. At licebit inquit Axeret⁹:licebit inquam tibi Triulci humanissime semper cum voles/nos modo conuiuas vel accersas vel admittas. Quę reliqua sunt postridie auditurus ad Biragū accedito: Miraberis enim multa & gaudebis. Interea autem vale Quod itidem omnes vbi honorifice dixissent: respondissetque Arasm⁹ pro dignitate:comiter ac iocūde discessum est.

Telos.